Tertio Sciendū est q; circa hunc textū incidūt tres difficltates. ¶Prima ē hec. que ꝛ quot requirūtur ad hoc q; aliquid sit genus ꝑmo mō dictū. ¶Respōdetur q; tria. ¶Primū q; ibi sit collectio multoꝝ habentiuz habitudinē ad vnū principiū. vt romani ad romulū. Scōm q; hēant adinuicē hitudinē consāguineitat]. Tertiū q; illud principiū differat ab alys gñibus. ¶Secūda difficltas. quomō differt genus logicū ab alys duabꝰ acceptionibus generis. ¶Respondetur q; sumpta cōueni entia declarata in p̄cedēti notabili: sic differt. q; genus scōo mō dictū ē principiū extrīsecū et effectiuū: genus vero logicū ē principiū intrīsecū et formale suaꝝ spērū. sc̄z genꝰ primo mō dictū hz modū totius integralis iō nō p̄dicat̄ in recto de illis quoꝝ ē genus: sed genus logicū est totū vl̄e respectu suarū specierū de quibus predicat̄ in recto. Ex quibus inferūt̄ tria cozrelaria. ¶Primū ē q; materia ꝛ forma nō sūt genus scōo mō dictū. q; hꝫ sint principiū materiale ꝛ formale: tm̄ nō sūt principiū effectiuum ¶Scōm cozrelariū mat̄ non est genꝰ scōo mō dictū. q; mr̄ ē principiū passiuū mistrās materiā ex qua generatur proles: si vero dicat̄ mr̄ effectiue sit̄ ꝯcurrere ad gñatōnē. plis tūc mr̄ ē genus secūdo mō dictū ꝛ ꝯtinet̄ sub pr̄e. Nā pater potest accipi ꝓprie vt includit sexū. alio mō capit̄ generaliter vt absoluit̄ a sexu vt tantū valet sicut parens ꝛ sic capit̄ in proposito. ¶Tertiū cozrelariū. tēpus nō ē genus secūdo mō dictū. q; tēpus magis est causa cozruptionis q̄ generatōis. ¶Tertia difficultas. vtruz locus sit principium generatōis quēadmodū ꝛ pater. Et argr̄ q; nō. q; pater ē principiū per se locus aūt per accidēs q; non manet. igr̄ ꝛc. In oppositū ē pozphiriꝰ ꝛ rōe ꝓbat̄ sic. illud ē ꝑncipiū gñatōis per accidēs quo mediāte virtus generantis principalis recipitur in generante scōario quēadmodū se habēt cozpora celestia ꝛ inferioza: hō enī ꝛ sol generāt hoiem. ex scōo phisicoꝝ sic q; sol gñat principaliter: hō vero secūdario. nā agēs scōariū nō generat nisi virtute primi. Sed locꝰ est id mediāte quo virtus generātis principalis recipit̄ in omni generāte scōario. vt patet. igit̄. miꝰ patet. q; virtꝰ celestis cōiūgit̄ cozpi per locū proxie cōtinētē. qui locꝰ nihil aliud ē q̄ terminꝰ cozpis cōtinētis ꝛmobile primū. vt habet̄ quarto phicoꝝ. Uuiꝰ

signū dat ptholomeus in quadripartito. q̄ homines hui⁹ patrie magis accipiūt figuraz ꝛ colozē. ¶ Aduertēdū tamē q̄ loc⁹ habet duplicē naturā. vnā q̄lificatiuā per quā generat ꝛ cōseruat inquātū in ea recipit aliq̄ virt⁹ infusa a cozpozib⁹ supercelestibus q̄ virt⁹ nata est coadiuuare ad generationē et cōseruationē cozpis locati. ꝛ ideo loc⁹ medi⁹ in quo nos sum⁹ est pricipiū boīs et aliozū aīmaliū. vnde p talē virtutē sibi infusā potest dici loc⁹ causa efficiēs. Aliam habet naturā loc⁹ videlz quātitatiuā. secūdū quā cōtinet. et sic nō est causa efficiēs. quia quātitas nō ponit de gñe actiozū. ¶ Ad rationē dico q̄ loc⁹ est pricipiū gñatōnis effectiuū per accidēs. tamē si attēdat similitudo ex pte causē: tūc loc⁹ ē pricipiū gñatōis quē ad modū et pater. si vero attendat similitudo ex parte modi causādi. tūc ꝓpositio nō est vera. qz pat est pricipiū per se generationis. loc⁹ vero per accidens. ꝛc.

Conclusio Respōsal. Ben⁹ equoce dicit de trib⁹ predictis acceptionib⁹. ꝓpria pars patz. p pozphiriū dicentē q̄ gen⁹ non dicit simplicit. mō simplr idē valet sicut vniuoce. Scōa pars patet. qz oīe gen⁹ vel ē dictū ad similitudinē alterius. vl nō. si primū: sic ē gen⁹ scōo⁹ si ⁊ᶜ. Ḃ est duplr. vel tale gen⁹ est aliq̄ vnū. et sic ē gen⁹ scōo mō. vel nō ē aliq̄ vnū. ꝛ sic ē gen⁹ ꝑmo⁹.

Primo Dubitat. vtruz diffinitio gñis data in rōne ꝑdicabilis sit sufficiens. ¶ ꝓ solutione supponit q̄ aristo. i secūda parte hui⁹ capituli intēdit duas cōclusiones. ¶ Quaz pria ē hec. licet gen⁹ dicat tripliciter. solū tamē ō tertio est sermo apud pḃos. ¶ Scōa cōclusio tāgit diffinitionē gñis in rōne predicabilis. ꝛ ē hec. Ben⁹ est q̄ō de pluribus differētib⁹ specie in eo q̄ō q̄d predicat. ¶ ꝓ cui⁹ probatiōe intēdit talē rationē. ista diffinitio nihil superfluū cōtinet. nec diminutū. ḡ est bona. añs pz. qz predicari de plurib⁹ facit differre gen⁹ ab indiuiduis: q̄ de vno solo predicat. Et predicari ō differētib⁹ specie facit differre gen⁹ a specie ꝛ a ꝓpō. qz licet species ꝑdicet de plurib⁹. nō tamē predicat ō differētib⁹ specie. sed numero. vt hō cū sit species ꝑdicatur ō sorte ꝛ platone: q̄ solū differūt numero. aīmal vero cū sit gen⁹ predicat ō boue ꝛ boie q̄ differūt specie. et nō numero solū. similit ꝓpriū solū predicat de vna specie ꝛ de indiuiduis que sūt sub illa specie. vt risibile solū predicat de boie. ꝛ de particularib⁹ hoīb⁹. genus vero predicat de plurib⁹ differētib⁹ specie. sed predicari in eo q̄ō quid facit differre gen⁹ a differētia ꝛ ab accidēte q̄ nō predicat in eo q̄ō q̄d. sed in eo q̄ō quale. nā per differētiā et accidēs cōuenienter respōdem⁹ ad iterrogatōnē factā p q̄le vt si querat qualis est hō. cōueniēter respōdetur rationalis. Et si querat q̄lis est corp⁹ cōueniēter respōdet q̄ ē niger. mō rōnale ē differētia. nigrū vero ē accīs. ḡ differētia ꝛ accīs p̄dicātur in q̄le. q̄ aūt gen⁹ predicet in q̄d ꝓbatur. qz per gen⁹ cōueniēter respōdet ad iterrogationē factā per q̄d. vt si querat quid est hō. cōueniēter respōdet est aīmal. mō aīmal ē genus boīs. ḡ gen⁹ predicat in q̄d. ¶ Ex quib⁹ cōcludit pozphiri⁹ nihil igitur superfluū neq̄ min⁹ cōtinet generis data descriptio.

Secundo Dubitat. vtrū predicta diffinitio gñis ꝓueniēter sit data de scōa intētiōe vel de pria. ¶ Et videt q̄ nō de scōa. qz scōa intētio genera] solū predicat in q̄d de hac intētiōe et illa. que solū numero differūt. ḡ diffinitio nō dat ō scōa intētiōe. ꝟ scq̄ntia tenet. qz q̄libet pars diffinitōis debz sēper predicari de diffinito. ¶ Scōo sic q̄ nō detur de pria intētione. qz ens predicat de plurib⁹ differētib⁹ specie in eo q̄ō quid. et tamē nō est gen⁹. ḡ ⁊c. ¶ Rādet per tres distinctōes. ꝛ vnū dictū. ꝓpria distinctō ē Ḃ. gen⁹ pōt capi dupliciter. vno⁹ pro nata coicabili plurib⁹ speciebus Alio⁹ capit gen⁹ scōe intētionaliter scz pro respectu predicabilitat] nature cōis ō mult] differētib⁹ specie. g quidē respect⁹ i abstracto vocat generitas. et in concreto vocat gen⁹. Secunda distinctio ē hec. duplex ē actus. quidā est exercit⁹. ali⁹ est signat⁹. Actus dicit exercitus quādo fit vel ē. sicut act⁹ mouēdi exercet quādo sortes mouet. Sed act⁹ dicitur signari quādo per ꝓpōnē significat exerceri. vt Ḃ pro positio sortes mouet significat sortē exercere actū mouēdi. Similiter iste act⁹ qui ē predicari de plurib⁹ differentib⁹ specie exercetur i prīmis intētionib⁹ mediante hoc verbo est. vt dicendo homo est aīal. equus ē aīal. sed ille idez actus dicit significari quādo exponit per secūdas itētiōes mediāte hoc verbo ꝑdicat. sicut dicēdo. gen⁹ predicat de plurib⁹ differētibus specie. ¶ Ex quo elicit talis regula. q̄ oīs predicatio de actu signato ꝟstituta ex secūdis intētionib⁹ debet exerceri in prīmis. ideo nō se-

quitur. genus predicaꝫ de pluribus differenti
bus specie. ꝙ species est genꝰ. sed debz predica
tio exerceri in primis intētionibꝰ. vt dicendo
homo est aiāl. equus est aiāl. Tertia distī
ctio. diffinitū capiť dupliciter. vnoꝰ pro illo qō
diffinitur siue pro illo qō per diffinitōnē expli
caꝫ. vel de quo diffinitio quiditatiue predicaꝫ
et sic intētio scōa gñis est diffinitū in predicta
diffinitiōe. Alio mō capiť diffinitū pro illo cui
actus diffinitionis attribuiť. siue pro illo ꝙ qō
possūt exerceri actꝰ significati in tali diffinitio
ne; et sic diffinitū est prima intētio. ¶ Dictū est
istud. in predicta acceptione generꝫ logici cōsi
derati in ratione predicabilis diffiniť scōa in
tētio. ¶ patz duplř. prio sic. quia illud diffinit lo
gicꝰ qō per se cōsiderat. sed logicꝰ per se cōside
rat intētionē secūdā et non rē subiectā vel ag
gregatū ex re ⁊ intētione. ergo diffinitur intē
tio scōa. Scōo sic. quia talis diffinitō nō datur
de prīa intētione nec de aggregato ex prīa ⁊ se
cūda. ergo solū intentio secūda diffiniť. ¶ prīa
pars antecedētis patet duplř. primo. quia prīa
intētio generis est res realis quā non per se cō
siderat logicꝰ. ergo nec ꝙ diffinit. Secundo sic.
quia prime intētioni accidit predicari de plu
ribus differētibꝰ specie. ergo ⁊c. Scōa pars an
tecedētis patet. quia aggregatū ex prima intē
tione et secūda est vnū ens per accidens. ꝙ nō
potest diffiniri. quia entis per accidēs non est
diffinitio. ¶ Ad rationes dubȳ dicitur ꝙ licet
secūda intentio generis predicatōne exercita
solū predicēť de hac intētione vel illa q̄ solum
numero differunt. tamen actu signato predi
catur de pluribꝰ differentibus specie. Et vltra
dicitur ꝙ licet aliud est qō diffinitur. et cui dif
finitio attribuitur. non oportet tamen ꝙ que
libet pars diffinitionis predicetur de eo quod
diffinitur. ¶ Ad secundā dicitur ꝙ ens primo
predicatur de differentibus genere: et nō spe
cie. Secūdo dicitur ꝙ ens nō predicaꝫ i quid
quia ad interrogationē factā per quid non cō
uenienter respōdeť ens. eo ꝙ questio quid est
supponit questionē si est. modo responsio ō en
te est responsio ad questionē si est. Tertio dici
tur ꝙ illa de quibꝰ ens predicaꝫ in quid possūt
dupliciter cōsiderari. vno mō per cōparatio
nem ad suū genus sub quo continenť. ⁊ sic dif
ferunt specie. Alio modo per cōparationez ad
ens. et sic non differūt specie. eo ꝙ entis nō sūt
differētie per quas rō entꝫ specie possit diuer
sificari in illis que participant ens.

Tertio Dubitatur. vtrū genus possit sal
uari in vnica specie. ¶ Respōde
tur per vnā distinctionē. et tria dicta. Distictio
est hec. in genere sūt duo cōsideranda. primo
considerāda est quiditas vel essētia ipsius ge
neris. vt aimalitas. Scōo cōsiderāda est pote
stas generis que ē quedā relatio fundamētaꝫ
vel aptitudialis que dicit cōicabilitas. habēs
pro fūdamēto essentiā ipsius generis. et ꝑ ter
mino adequato habet species oppositas. ⁊ ta
lis potestas nō distinguit realiter ab ipsa essē
tia. eo ꝙ omnis respectꝰ fūdamētalis vel apti
tudinalis formalis realiter idētificaꝫ suo fun
daméto. ¶ Primū dictū est istud. tota essētia
generis potest saluari in vnica specie. quia essē
tia generis est simplex et indiuisibilis. ꝙ vbi ē
tota est. sed est in vnica specie. ergo tota potest
saluari in vnica specie. Scōm dictū. tota pote
stas generis fūdamentaliter et subiectiue pōt
saluari in vnica specie. patet. quia tota essētia
generis que est fundamētū potestatis eius po
test saluari in vnica specie ergo etiā tota pote
stas. tenet cōsequentia. quia vbicūq; est fūda
mentū alicuius relatiōis ibi potest reperiri ali
qua relatio. Tertiū dictū. tota potestas gene
ris cōpletiue et terminatiue non potest cōser
uari in vnica specie. patet. quia potestas gene
ris est quedā relatō fūdamētalis vel aptitudi
nalis ipsius essētie termiata ad species oppo
sitas. ergo termiatiue et cōpletiue nō pōt ser
uari nisi in specieb' oppositis. Sed si quis vel
let capere potestatē prō partibus potestat'. cū
iusmodi sūt due differentie opposite. tunc evi
dens est ꝙ potestas generis necessario regrit

Ad rationes Ante duas species
oppositaꝫ factas. ¶ Ad
primā patuit solutio ex prio notabili. ¶ Ad se
cūdā dicit ꝙ illi plures denoiati ab arte vl sci
entia alicuiꝰ nō dicūtur vnū genꝰ eo ꝙ non ha
bent adiuicē cognatōnē. ¶ Ad tertiā patuit in
prio notabili ꝙ hoc verbū videtur non capiť
priuatiue. sed capitur positiue.

Queritur Utrū due diffi
nitiones date ō
specie tā in rōne subicibilis q̄ i
ratione pdicabilis a porphirio
sint sufficienter assignate. ¶ Ar
guit prio cōtra primā. quia ge
nus est diffinitū per speciē. ergo male diffiniť

ſpecies per genus. ꝟña tenet. qz impoſſibile eſt circulo diffinire poſſe. ſicut eſt ipoſſibile circulo demonſtrare. vt habet primo poſteriorum. ¶ Secūdo arguit cōtra ſcōam diffinitionem. quia cōuenit cuilibet predicabili. nā quodlibz p̄dicabile eſt ſpecies vl̄is. ergo cuilibet cōpetit predicari ō pluribꝰ differētibus numero in eo qō qd. ¶ Tertio ſic argī. hic diffinit ſecūda intentio ſicut priꝰ dictū ē de gñe. ſed nulla ſecūda intētio predicat in qd de re prime intētōis cū ſit accidēs rei. g̃ ſpecies nō predicat in quid

Primo ¶ In oppoſitū tamē ē ariſto. Sciēdū eſt q̄ pro declaratōne termiorꝫ ponūtur quiq̄ diſtinctiones. Pria diſtinctio eſt hec. ſpecies capit dupl̄r. vnoꝰ pme intētionaliter pro natura cōmunicabili pluribus differentibus numero. Alioꝰ ſcōe intētionaliter ſcz pro reſpectu p̄dicabilitat] de pluribus differētibꝰ nūero cōcretiue ſignato a quo quidē reſpectu talis natura dicit formaliter ſpecies. Scōa diſtinꝰ duplex eſt ſpecies. quedam eſt ſpecies ſubalt̄na. et talis facit p̄dicabile generis. Alia eſt ſpecies ſpēaliſſima. q̄ facit p̄dicabile ſpeciei. Tertia diſtinꝰ intentio gñis poteſt dupliciter cōſiderari. vnoꝰ vt ē qd. ideſt vt eſt obiectū per ſe termiatiuū actꝰ intellectus. et ſic genꝰ nō dicit reſpectū ad p̄mā intētionez ſed ſolū dicit habitudinē eiꝰ ad ſcōas intētōes inferiores ad hāc intētionē gñis. et ad hāc. de quibꝰ hec intentio genus p̄dicat tāq̄ de differentibus numero in quid. cū ipſa ſit ſpēs vl̄is Alio mō poteſt capi hec intētio genꝰ vt eſt modus ſiue ratio intelligēdi p̄mā intētionē. ꝛ ſic ipſa eſt accīs predicatiōe exercita p̄dicabile de noiatiue de pria itētiōe. licet tñ eadē intētio p̄dicatione ſignata ſit predicabilis in qd de pluribus differētibꝰ ſpecie. Quarta diſtinꝰ intētio ſecūda cuiuſlibz predicabilis pōt dupl̄r ꝟparari. vnoꝰ poteſt ꝟparari ad actū intellectꝰ quem per ſe termiat. ꝛ iſtoꝰ eſt quid. nec ſibi vt ſic cōpetit p̄prie ſignata p̄dicatio: ſed tātū predicatio exercita de ſcōis intētionibꝰ inferioribꝰ ad ipſā. Alio mō poteſt cōparari ad rē ſubiectā ſiue ad p̄mā intētionē quā denoiat. et ſic vocatur modus. ꝛ etiā vt ſic ſibi cōuenit p̄dicatōne excercita predicari per accidēs et denoiatiue de pria intētiōe. licet predicatiōe ſignata poſſit predicari per ſe et in qd. Quīta diſtinꝰ ſubicibile ꝛ predicabile capiūtur dupl̄r. vnoꝰ ſecūde intētionaliter. et ſic ſūt oppoſita relatiue, ꝛ poſſū t eidē ineſſe reſpectu diuerſoꝝ. Alio mō capiūtur p̄me itētionaliter. et ſic nō ſūt oppoſita. imo predicantur de ſe inuicem.

Secundo Sciēdū q̄ ꝟm capitulū i quo determiat porphiriꝰ de p̄dicabili ſpeciei diuidit in q̄ttuor partes. In prima parte intēdit gnq̄ cōcluſiones. ¶ Quaꝫ priam tetigit in caplo de gñe. et eſt ℔. ſpecies dicitur equoce. cuiꝰ inuit talē rationez. qz ſpēs habet plures acceptiōes ſiue plura ſignificata. ergo ſpēs dicit equoce. Añs declarat ponēdo duas acceptiōes ſpeciei. ¶ Quaꝫ pria ē hec. ſpēs eſt vniuſcuiuſq̄ forma. capiēdo formā nō pro forma informāte. ſed vt tātū valet ſic̄ pulcritudo vel formoſitas. ſicut ſpēs priami. i. pulcritudo dicebat eſſe digna iperio. Scōa acceptio ſpeciei eſt hec. ſpēs ē que ponit ſub aſſignato genere. Probat trib⁹ exēplis. nā bō ē ſpecies aīmalis. ꝛ albū. i. albedo ē ſpēs coloris. Et ſimiliter triāgls ē ſpēs figure. ¶ Scōa ꝟ. ſcōa acceptio ſpeciei q̄ a logico dicit ē ſufficiēs. patz qz i diffinitiōe gñis priꝰ data pōebat ſpēs. ergo in diffinitiōe ſpeciei debet poni genꝰ. tenet cōſequentia. qz in diffinitiōe cuiuſlibet relatiui debz poni ſuū ꝓpriū correlatiuū. ſaltē vbi ēminꝰ depēdētie relatiui ē ignotꝰ. ſz genꝰ relatiue dicit ad ſpeciē et ecōtra. ergo nūc bene diffinit ſpecies per genꝰ. ſicut prius genus diffiniebat per ſpeciē. ¶ Tertia cōcluſio tāgit cōplemētū ſecunde acceptionis ſpeciei prius date. et eſt ℔. ſpecies eſt q̄ ponit ſub aſſignato genere. et ō quo genus in eo qō quid predicat. Uerūtamē dicūt quidā q̄ in hoc tangūtur due diffinitiōes ſpeciei. alij vero dicunt q̄ illa clauſula. et de qua genꝰ. ꝛc. non eſt diffinitio ſpeciei ſed q̄ eſt quedā declaratio prioris diffinitionis. ꝛ ita dicunt q̄ hec diſiūctio copulatiua ꝛ: non tenetur ibi copulatiue. ſed expoſitorie: vt tantū valet ſicut ideſt. vt ſit ſēſus. ſpecies eſt que ponitur ſub aſſignato genere. et pro ideſt: et de qua genus in eo qō quid predicatur. ¶ Quarta ꝟcluſio tangit diffinitionē ſpeciei in ratione predicabilis. et eſt hec. ſpecies eſt que de pluribus differentibus numero in eo qō quid predicat. ¶ Quinta ꝟcluſio cōparat tertiā diffinitionez ad duas p̄dictas. et eſt hec. tertia diffinitō ſpeciei ſolum cōuenit ſpeciei ſpecialiſſime que ſolum eſt ſpecies et non genus. ſed alie due diffinitiones cōueniunt tam ſpeciei ſpecialiſſime q̄ ſpeciei ſubalterne que etiā eſt genus.

Tertio Sciēdū ē ꝙ ī hac scda pte itēdit porphiri⁹ dclarare pmā diffionē speciei superi⁹ datā in q̄ dicebat̄. spēs ē q̄ ponitur sub assignato gñe. ⁊ ꝯtz duas pticlas. in q̄ꝝ pria tāgit q̄ttuor ꝯcloes. ¶ Pria q̄ ē pncipalis hui⁹ scde pt] ē h̄ pdicta pria diffio spēi ē sufficient assignata. p q̄ itēdit talē rōnē. qz pdctā diffinitio dat̄ ad exp̄mēdū hitudinē spēi ad gen⁹ sz hitudo spēi ad gen⁹ ē ipsā eē sub gñe. mō ita ē ꝙ spēs ē sub gñe. g̊ dicta diffio q̄ dicit speciez esse sub gñe ꝯueniēter explicat hitudinē ipsi⁹ spēi ad suū gen⁹. ⁊ p ꝯñs est bōa. ꝙ aūt spēs sit sub gñe pbat porphiri⁹. qz ī vnoq̄q̄ pdicamēto ē vnū sup̄mū qd̄ ē gen⁹ qd̄ ñ ē spēs. ⁊ sūt aliq̄ īferiora q̄ sic sūt spēs ꝙ nō gña. ⁊ illa īferiō vocāt̄ spēs spēalissime. iter aūt spēalissima ⁊ gñalissima sūt aliq̄ ītermedia q̄ p habitudinē ad īferiō sūt gña. ⁊ p hitudinē ad supiō sūt spēs. ⁊ spēs eo dr̄ spēs ꝙ habet gen⁹ supra se. ⁊ p ꝯñs ita est ꝙ spēs ē sub gñe. añs hui⁹ pfilli declāt porphiri⁹ p exēplū. Nā ī pdicamēto sube ī sup̄mo situ ponit̄ suba: sub q̄ poit̄ corp⁹. sub corpe corp⁹ aiatū. sub q̄ ponit̄ aial. sub aiali poit̄ aial rōale sub q̄ ponit̄ hō. sub hoie ponūt̄ īdidua. sicut sortes ⁊ plato. et alij particulares hoies.

¶ Ista tibi plana: facit arbor porphiriana.



¶ Secunda conclusio est hec. predictū exemplum tangit coordinationē predicamentalē. Probatur sic. quia in vnoquoq̄ predicamēto seu coordinatione predicamētali sunt genera generalissima. specialissima ⁊ intermedia. ista enī tanguntur in predicto exēplo. igitur cōuenienter explicat coordinationē predicamētalē. mior patet. quia substantia est genus generalissimū. cū solū sit genus et non species. homo vero est specialissimū. cū sit species et non genus. sed corpus respectu substantie est species. respectu vero corporis aimati est genus. corpus vero animatū est species corporis. et ē genus animalis. animal vero est species corporis animati. et est genus aimalis rationalis. aīmal rationale est species aimalis. et est genus hominis. homo vero est species animalis rationalis. non autem est genus particulariū hominū. sed solum est species illoꝝ. ¶ Tertia cōclusio. in predicta coordinatione predicamentali homo est species specialissima. Probatur quia substantia eo ꝙ nullū genus habet supra se vocatur genus generalissimuz. homo vero post se non habet aliquā aliam speciem inferiorem sub se: nec aliquod aliud cōmune quod vlterius possit in differentias diuidi. sed soluz habet sub se indiuidua. vt sortem. platonē. socratem. et sic de oībus alijs particularib⁹ hominib⁹. igitur homo est species specialissima. tenet consequentia per locum a simili. quia sicut substātia est genus generalissimū propter negationē superiorum scz quia nō habet gen⁹ supra se. ita etiā homo debet dici species specialissima propter negationē inferioꝝ quia scilicet non habet sub se aliqd̄ cōmune quod per differentias diuidi possit. ⁊ intermedia cū habeant superiora et inferiora: ideo dicuntur genera et species. ¶ Ex quibus inferuntur duo correlaria. Quorū primū est. cuiuscunq̄ predicamenti seu coordinationis predicamentalis intermedia habēt duas habitudines. scilicet habitudinē que est ad sua superiora secunduz quam habitudinē dicuntur esse species illorū superiorum. habent etiam habitudinē ad sua inferiora secundū quam habitudinem dicuntur esse genera illorum inferioꝝ. Secūdū correlariū. Extrema habent tantū vnam habitudinē. Patet. quia generalissimū habet habitudinē ad sua inferiora. cum ipsuz sit genus omniū. non autē habet habitudinē ad superiora.

cū sit suprem̄ū ꝛ ꝑncipiū oīuz. Silr spālissimū
bz bitudinē ad sua superiora respectu quorū
ē spālissimū. Bz non bz bitudinē ad inferiora.
Bz oř spēs idiuiduoꝝ velut ea continens. oř
etiā spēs spālissima superioꝝ qz ab eis ꝛtinet
¶ 4ª ꝛclusio tangit tria cozrelaria: quoꝝ pri-
mū ꝛtinet duas descriptiones. Quaꝝ ꝑma est
generalissimum est quod cū sit genus nō est
spēs. Scōa descriptio generalissimū ē sup qđ
nō est aliud genus supueniēs. ¶ 3ª cozrelariū
tāgit tres descriptōes. ꝓma ē. spālissimum
est qđ cum sit spēs nunq̄ diuidit i spēs. Scōa
ē q cum sit spēs nō ē genus. Tertia ē. spālissi-
mū est qđ de plibus differētibus numero i eo
q gd ꝑdicař. Et sic pz q de spē sūt quiq̄ diffi
nitōes quaꝝ due ꝑme q̄ date sunt versus finē
ꝛueniūt tā spēi spālissime q̄ ſbalterne. Tres
vero vltime nup date tm̄ ꝛueniūt spēi spāliſ-
sime. ¶ 3ª cozrelariū tangit vnā descriptionē
intermediozū. intermedia sunt genera ꝛ spēs
ad aliud ꝛ ad aliud sumpta. Genera dico sub-
alterna ꝛ non genera generalissima.

Conclusio R̄ñsalis. diffinitiōes spēi
date de spē tā i ratōe subi-
cibilis q̄ i ratione ꝑdicabilis sunt a porphirio
sufficiēter assignate. ꝓbatet satis ex dictis. Et
bz subycibile ꝛ ꝑdicabile sūpta zc itentionalr
opposite relatiue ad inicē ñ possint verificari
de eodem respectu eiusdez: tamē possunt ve-
rificari respectu diuersozum.

Primo dubitař. Utrū respectu decez
coordinationuz ꝑdicamenta-
liū sit aliqō genus de ipsis in qd dicibile. ꝓpo
dubio supponit q porphirius i hac 2ª particu
la declarat coordinationē ꝑdicamentalem p
sitē ad ordinē nālem ꝛ itēdit quatuoꝝ ꝛclusio
nes. Quaꝝ ꝑma ē hec ꝑdicta coordinatio ꝑ-
dicamētalis i qua dicebař q i vnoquoq̄ ꝑdi
camēto sūt aliqua generalissima spālissima ꝛ
itermedia ē conueniēter posita. ꝓbat qz si
cut ē i coordinationibus ciuilibus ita est i lo-
gicalibus. Bz i ciuilibus vt i lignea ꝛsanguí-
nitatis ē aliquis qui tm̄ est pater/ita q non ē
filius: sicut iuppiter. ꝛ aliquis qui tm̄ ē filius
ꝛ nō pater sicut agamēnō. Alij aūt sunt qui re
spectu diuersoꝝ sunt patres ꝛ filij. sicut atri-
des ꝛ pelopides ꝛ tātalides. ¶ Secūda ꝛclo.
Coordinatio in logica differt a coordinatiōe
ciuili. pz qz i coordinationibus ciuilibus plu
res coordinatōes reducunt ad vnū ꝑmū ꝑn
vbi gra ad iouē. bz in generib⁹. i. coordinatōib⁹
ꝑdicamētalibus plres coordiatōes nō ꝑñt re-
duci ad vnū ꝑmū genus. g̃ ad inuicē differūt
2ª pars a tis ꝓbař tribus rōibus: quaꝝ ꝑma
est hec. si decē ꝑdicāmēta reducerēt ad aliqō
coē genus illud maxime eēt ens. bz hoc nō. ne
q̄ eiz est coē genus oīuz: neq̄ oia sunt eiusdez
generis ſm vnū supremū genus quē admo-
dicit Aristo/ Secūda rō. nihil ē prius primo.
bz decē ꝑdicāmēta sunt posita ꝑma in ꝑdica-
mētis vt genera generalissima. g̃ nihil ē pus
eis/ Tertia rō. oē gen⁹ oř vniuoce ō hiz respcū
quoꝝ est genus. bz ens nō dicit vniuoce bz eq̄-
uoce de decē ꝑdicamētis. g̃ zc. minoꝝ pz. qz ꝑ-
dicari vniuoce ē ꝑdicari vno noie ꝛ rōne. sed
ens non predicař de decez ꝑdicamētis scōm
nomē ꝛ scōm rōnē. nā decē sunt ꝑncipia coia
scōz nomē solū ꝛ nō scōz rōez diffinitōis que
scōz nomē ē. Scōa pars minoris pz q ens ꝑ-
diceř equiuoce. qz siquis oīa vocet entia equi
uoce inquit ea nūcupabit ꝛ nō vniuoce. Ex hiz
satis pz q de intētione porphyrij ens est equi
uocū ad decē ꝑdicāmēta. ¶ Tertia ꝛclo tāgit
numeꝝ gnālissimoꝝ spāliſſimoꝝ ꝛ indiuidu
oꝝ. ꝛ hec ē. decē sunt gnālissima: bz spālissima
sunt in numero quodā certo scōz nām: nō tm̄
indefinito. i. certo quo ad nos. Jndiuidua āt
que sunt post spālissima ifinita sunt. ¶ Quar-
ta ꝛclo tāgit duo cozrelaria. ꝓmū ē. Descē
dēte a gnālissimis ad spālissima iubet plato
quiescere in spālissimis. ꝓbař duabus rōib⁹
quaꝝ ꝑma ē hec. descēsus fit diuidendo ꝑ
ꝓrias specificas. bz spēs spālissime non hñt
ꝓrias specificas in quas possint diuidi. g̃ in ea
est status. Scōa rō. ꝓcessus diuisiuus ē sciē-
tificus. bz indiuidua relinquēda sunt ab arte
quia sunt infinita ꝛ ꝯfusa. ꝛ de infinito nō est
sciētia. g̃ diuidēdo terminū standū ē in specie
spālissima. ¶ Scōz cozrelariū. descēdētibus
a gnālissimis necesse est per multitudinē ire.
Ascēdētib⁹ vero a spālissimis ad gnālissima
necesse est colligere multitudinē. Jstud coz-
relariū tātū valet ac si diceret q ascēsus ꝺz
fieri per collectionē multoꝝ in vnū: ꝛ descen
sus debet fieri per diuisionē vnius in multa.
ꝓma pars pz. qz ascēsus fit a singularibus
ad coē. bz oē coē est collectiuū. g̃ ascensus fit
per collectionē multoꝝ i vnū. minoꝝ pz. quia
collectiuū multoꝝ ē vna spēs in vna. nam et
genus magis est collectiuum q̄ spēs. ꝓma

ps ps.qz partitione spēi plres hoīes sunt vnus homo. Scōa pars corrolary ps. qz descensus fit a coī ad singularia ꝛ inferioza.mō singlaria semp sūt diuisiua illius quod ē coē. g̃ descēsus fit per diuisionē. minor ps. qz vnus hō. s. coīs ꝯsiderat⁹ i vnitate specifica ē plres. i. plificat i particularib⁹. vñ ex ista parte text⁹ cōiter eliciūt sex ppōes. Prima ē q spēs ē collectiua multoꝝ in vnā naturā. Scōa ē q gen⁹ ē magis collectiuū q̃ spēs. Tertia. particularia ꝛ indiuidua semp diuidunt in multitudines id quod ē vnū. Quarta. participatōe spēi plures hoīes sūt vn⁹ hō. Quīta. particlarib⁹ aūt vn⁹ ꝛ coīs plres. Sexta. particulare ꝛ singulare sp ē diuisiuū. coē āt ē collectiuū sp ꝛ adunatiuū.

Secūdo Dubitat. Utruz spēs tm̃ nata sit p̄dicari de indiuiduis. Pro solone supponit q i tertia parte huius capli i tēdit porphyrius declarare scōaz ꝛ tertiā diffinitōes spēi. ꝛ itēdit tres ꝯclones. quaꝝ pma ē epilogatiua p̄dcōꝝ. ꝛ ē hec. Assignato. i. ostēso qd sit genus. qd sit spēs: ꝛ q est vnū gnāliꝰ. spēs aūt spāliss̄ima m̄lte: eo q diuisio generis sp ē plres spēs. nunc videndū qualr se hz gen⁹ ad spēm: ꝛ spēs ad indiuidua. ¶ Secūda ꝯclo Secūda diffinitio spēi in qua dicebat. spēs ē de qua genus in eo qō qd p̄dicat: est rationabilr posita. ps. qz generi ꝯpetit p̄dicari de spē: ꝛ ñ ecōtra spēs hz p̄dicari ō genere. g̃ ꝛcetera. Añs ps. qz oē qō p̄dicat aut ē equale. aut superius respcū illius de quo p̄dicat. fz genus ē superius ad spēz. ergo p̄dicat de spē. spēs āt nec ē equalis nec superioz ad genus. iō nō p̄dicat de gñe. maioz h⁹ silr. ps. qz oz equa de eqs p̄dicari. i. ꝙuertibile de ꝙuertibili. vt binibile de equo. Aut maioza de minozibus. i. superioza de inferiozib⁹. vt aīal de hoīe. minoza vero de maiozibus minime: hoc ē q inferioza nō p̄dicant de superiozibus. nō. n. dicimus aīal hominē eē quēadmodū dicimus hoīem eē aīal. ¶ Tertia ꝯclusio. tertia diffinitio spēi in qua dicebat. spēs ē qō de pluribus ꝛ drñtibus numero in eo qō quid p̄dicat. ē sufficiens. ps. qz oīa superioza p̄dicāt in quid de suis inferiozibus. fz spēs sub se non hz inferioza nisi indiuidua que drñt numero. ergo bñ dictū ē q spēs p̄dicat de pluribus differētibus numero i eo qō quid. maioz ps. qz de his de qbus spēs predicat de his necessario p̄dicat genus illi⁹ spēi ꝛ etiā genus illius generis. ꝛ sic ascēdendo vsz ad gñalissima. vt si ista ēva. Aristoteles est hō ꝛ ista. hō ē aīal. ꝛ etiā ista. aīal ē subā. sequitur etiā q iste erūt ve. socrates ē aīal. ꝛ socrates ē subā. Ex quo ps q gñalissimū p̄dicatur in qd de oībus generibus subalternis spēbus ꝛ idiuiduis sub se positis. fz gen⁹ qō est spēs. i. subalternū p̄dicat de oīb⁹ spāliss̄imis ꝛ indiuiduis. fz spēs solū p̄dicatur de indiuiduis. Tunc dicitur ad dubiū q fz spēs nata sit p̄dicari p̄dicatione indirecta de suo genere. vel etiam predicatione conuertibili vel de proprio vel dīa sua ꝯstitutiua: tm̃ predicatione directa fundata super ordine participantis ad participatum nata est solum predicari de indiuiduis.

Tertio Dubitatur. Utrū eadē spēs possit eē totū ꝛ pars. Pro dubio supponitur q Aristo. i quarta parte huius capituli declarat de indiuiduo. ꝛ intēdit quatuor ꝯclones. Prima tāgit pmā diffinitōez idiuidui que est. Indiuidū est quod de vno solo p̄dicat. Ps quatuor exēplis. qz socrates ē idiuidū ꝛ p̄dicat solū de seipso. ꝛ similr hoc albū. hoc viuens. ꝛ sufronici filius si solus sit ei filius ꝛc. ¶ Secūda ꝯclo tāgit secūdā diffinitōez idiuidui que ē. Indiuiduū ē qō ꝯstituit ex quibusdā pprietatibus: quaꝝ collectio nūq̃ reperit eadē i aliquo particulari. vt pprietates socratis nūq̃ erūt eedē in quolibet alioꝝ particulariū. ¶ Tertia ꝯclusio tāgit diaz inter pprietates spēi ꝛ indidui. qz pprietates hoīs i coī erūt eedē i pluribus. s. i oībus particularibus sed pprietates idīdui nūq̃ sunt eedē in pluribus. ¶ 4ª ꝯclusio tangit diaz iter gen⁹. spēm ꝛ idīduū. et est hec. genus est quoddā totum. sed indiuiduū est pars spēi. spēs vo est pars respectu generis ꝛ totum respectu idiuiduoꝝ. ꝛ hoc itelligit de toto vli ꝛ parte subiectiua. Ex quo ꝯcludit q idiuiduū ꝯtinet sub spē ꝛ spēs sub genere. Et ꝯsequēter recapit lat q̃cūq̃ dicta sunt de genere specie ꝛ indiuiduo.

Ad rationes Añ oppositū ad pmaz dr q genus ꝛ spēs sūt relatiue opposita iō p se mutuo diffiniri possunt sicut latius patebit i predicamētis capitulo de ad aliqd. ¶ Ad scōaz dr q fz p̄dicabile sūptū vt qd sit spēs capiēdo spēz vt modus si tm̃ capiat quodlibet predicabile vt mōus ꝛ etiā spēs vt modus tūc illa q̃tuor p̄dicabilia nō sūt spēs. ¶ Ad tertiā dr q fz scōa itētio sūpta vt qd solū p̄dicet p̄dicatōe exercita ō suis

per se inferioribus tamē predicatione signata pōt predicari in quid de prima intentione.

Queritur vtrum differentia sit vnum ꝑdicabile ab alys distinctū. ¶ Arguitur primo ꝙ non q̄ oē qđ ꝑdicatur dic̄ totū eē illius de q° predicatur. sed differentia non dicit totum eē speciei de qua predicatur ꝫ solum partē. g̃ r̄c. ¶ Scōo sic forma nō ꝑdicaf in qđ ꝑdicatione dicente hoc ē hoc de suo toto. Sed dr̃a est forma spēi vt dicitur in textu g̃ non predicatur de specie predicatiōe dicente. hoc ē hoc. ⁊ per ꝯs non erit predicabile. ¶ Arguit̄ ꝫ° ꝙ non sit distinctū ab alys. quia vel igitur seipsa distinguitur ab alys vel non Non primuꝫ quia nihil bñs conceptum resolubilem distinguitur seipso ab alys a quibus dr̃t. Sed differentia cum sit spēs vniuersalis bꝫ ꝛceptū resolubilē. igitur seipsa nō pōt ab alys predicabilib⁹ distingui. nec ē dādū secūduꝫ. quia si dr̃a nō distinguatur se ipsa ab aliis predicabilibus tunc segtur ꝙ distinguere tur ab alys per aliam differētiam. sed hoc nō quia differentie nō est differentia. alias esset ꝓcessus in infinitum quare relinquitur ꝙ differentia non erit predicabile ab alys distictum. Jn oppositum est porphirius.

Primo notādum ē ꝙ ꝓ intellectu q̄ſti ponūtur gnq̄ distictiones. Prima est hec. differentia capitur dupliciť. Uno mō capitur pluraliter ⁊ adiectie. ⁊ tūc dr̃a sunt illa q̄cunq̄ i aliquo cōi cōueniūt. ⁊ i aliq uo spāli dr̃nt. Alio modo capitur singulariter ⁊ substātiue. ⁊ sic capiť i ꝓposito. ¶ Secūda distictio. Dr̃a substātiue sūpta pōt capi dupliciter. vno° p° itētionaliter. videlicet ꝑ nā cōtractiua quiditati ſ generice ⁊ ꝯstitutiua spēi sub genere. Alio mō capiť scōe itentiōaliter vꝫ ꝑ respectu cāto i ipsa natura pactuꝫ itellectus ꝯparti eā ad nām genericā quā diuidit ⁊ ad nām specificā quā ꝯstituit. ⁊ sic capitur i ꝓposito. ¶ Tertia distictio dr̃a sūpta ꝓie itentōaliter pōt dupliciter cōsiderari. vno° i abstracto ⁊ sic nō ꝑdicaf de spē i recto ꝑdicatōe dicēte. b° est hoc. cum sit pars eius. Alio modo pōt considerari i concreto ⁊ sic ꝑdicatur de specie predicatione dicente. hoc est hoc. vt hec est vera homo est rationalis. ¶ Quarta distinctio. forma potest capi dupliciter. Uno modo pro quadam entitate actuali educibili de potentia materie totius compositi cuius talis forma est pars. Et sic differentia non est forma spēi. Scōo mō forma methaphisicaliť pro omni quiditate cōicabili. ⁊ sic tam species q̄ genus ⁊ differentie dicent̄ forme quedā. ꝫ° capitur forma p quiditate cōicabili de se contractia alterius quiditatis ex cuius contractione resultat tertia entitas ex nā rei distincta ab vtraq; illaꝝ quiditatum. ⁊ sic genus dicitur mā speciei. ⁊ differentia dicitur ei⁹ forma. ¶ Quinta distinctio. dr̃a sumpta secūde itentionaliter potest capi dupliciter. vno mō vt gd. ⁊ sic ē spēs vniuersalis. ⁊ bꝫ differentiaꝫ per quā distinguiť ab alys. ⁊ talis differentia ē ꝑdicari in q̄le. vt inferi⁹ patebit. Alio modo potest considerari vt modus. ⁊ sic dr̃a non ē spēs. Sed ē ꝑdicabile distinctuꝫ a spē. ⁊ sic non hēt differentiā. nec per ꝯsequēs diffinitionē quiditiuā.

Secundo ē notandū ꝙ scōm capitum in quo porphirius determinat de tertio ꝑdicabili qđ ē dr̃a continet duas ptes. ¶ Jn prima ponit diuersas acceptiones dr̃e. ⁊ intendit decem cōclusiones. Quarum prima tāgit primā diōnē differentie trimembrē. ⁊ hec ē. dr̃aruꝫ alia ē cōis cōiter dicta. Alia ē ꝓprie dicta. ꝫª ē magis ꝓprie dicta ¶ Secūda cōclusio. dr̃a cōis ē qua alterū differt ab altero alteritate quadam quocunq; mō vel a se vel ab alio. patet tribus exēplis. Pri^m ex^m sortes dr̃t a plōe alteritate quadaꝫ .i. aliqua dr̃a. scōꝫ exēplū. sor. puer differt a seipso iam viro. Tertiū exemplū. sortes gescēs differt a seipo faciēte aligd. ¶ Tertia ꝯclusio differentia ꝓpria ē qua alterū differt ab altero in sepabili accidente. ꝑ tribus exēplis vt nasi curuitas cecitas ſ oculoꝝ. cicatrix cū exulnere ocaluerit. i. īdurauerit. ¶ Quarta ꝯclusio. dr̃a magl ꝓpa est qua alteꝝ dr̃t ab altero dr̃a specifica: quēadmodū hō dr̃t ad eq̄ dr̃a specifica puta rationali qualitate ⁊ ex his infert vnum corrolarium scilicet ꝙ oīs dr̃a vniuersaliť cuilibꝫ aduenies faċ alteratū. Cuius rō pōt eē talis extra textū. qꝫ oīs dr̃a faċ differre. Sed illud ꝙ differt est alteratum ab eo a quo differt. igitur omnis differentia faċ alteratum licet diuersimode quia differētia cōis ⁊ ꝓpria faciunt alteratum solum: ſ dr̃a magl ꝓpa cū b ꝙ facit alteratū faċve aliud

¶ Quinta cõclusio tangit secũdam dionem q̃ ē hec dr̃arũ quedã faciunt alteratũ. i. differre accñaľ. Alie vero faciũt differre eẽntialiter ¶ Sexta cõclusio tãgit duas differentias iter mẽbra dionis p̃dicte. Quaꝝ pria ē h̃ dr̃e faciẽtes aliud vocãtur specifice differentie vt rõale aduenies animali facit aliud scilicz speciẽ animalis. Sed differentie facientes alteratum vocantur differẽtie simpliciter sicut moueri ⁊ quiescere faciunt alteratum solũ. Secunda diuisio quia scõm drias faciẽtes aliud fiunt diuisiones generũ in spẽs. ⁊ ꝓponũt diffinitões spẽrũ. nã diffinitio ꝓstituit ex genere ⁊ h̃ differẽtys. sz scõz drias faciẽtes alteratuz solũ sola alteratio ꝓsistit. i. distinctio accñtalis ⁊ aliquo mõ se hñdi permutatio. ¶ Septima ꝓcło tangit tertiã diuisionẽ drie que ē secũda principalis ⁊ ē hec. drias quedã sũt sepabiles: vt egrũ eẽ. sanũ eẽ: ⁊ sic de alys. Alie sunt inseparabiles. vt eẽ agluz eẽ simũ. eẽ rõnale: esse irrõale. ¶ Octaua ꝓcło tãgit quartã diuisiõez que est hec. Drias inseparabiliũ alie sunt p se. vt mortale rõnale ⁊ ce. Alie sunt inseparables per accñs. vt aquilũ eẽ simũ esse sunt drie inseparabiles que tamẽ insunt per accidẽs ⁊ non p se. ¶ Nona cõlusio tãgit duas dr̃as inf differentias per se ⁊ dr̃as p accidẽs. Quarũ pria ē hec drie qz p se ponũt in diffinitõe eẽntialis rei. ⁊ faciũt differre eẽntialiter. Sed dr̃e p accidens nõ accipiũtur in rõne subẽ. nec faciũt aliud sed alteratum solũ. Scõa dr̃a qz dr̃e p se non suscipiunt magis nec minꝰ. Dr̃e vero per accidens siue sint sepabiles siue inseparabiles intensionẽ ⁊ remissionẽ recipiũt. pria pf pz qz genꝰ ⁊ dr̃a non pñt ꝑm magl ⁊ minus predicari de illis de quibus p̃dicãtur. g̃ non suscipiunt magis ⁊ minus. Añs pz quia dr̃e per se sunt ille q̃ complent rõem vniuscuiuscz spẽi. mõ eẽ cuiuslibet spẽi ē vnũ ⁊ idẽ nec intensionẽ nec remissonẽ suscipiẽs. q̃ aũt dr̃e p accidens suscipiant magis ⁊ minus. pbaľ. qz aquilum eẽ vel simuz esse vel colozatũ aliquomõ intenditur vel remittitur. ¶ Decima cõclusio tangit gntam dionẽ dr̃e. ⁊ est hec. dr̃az per se alie sũt ꝑz quas diuidimꝰ genera in spẽs. alie sunt ꝑz quas ea que diſa sũt specificãtur. idest dr̃az. Alie sũt diſiue generũ. Alie sũt ꝓstituti ue spẽz sicut illa dr̃a q̃ est aiatum ⁊ sensibile sunt diuisiue ⁊ ẽt cõstitutiue subẽ. i. diffinitionis animalis. Est enim aial suba aiata sensibilis. sed iste dr̃e que sunt mortale imortale rõnale irrationale sunt dr̃e diuisiue aialis cum p eas diuidaľ aial in suas spẽs. Ex quo pz q̃ eedem dr̃e sũt diſiue ⁊ ꝓstitutie. Naz respcũ generis qõ dicunt vocãtur diſiue ⁊ ille eedẽ respectu spẽz quas constituũt vocantur ꝓstitutiue. Ex qbus concludit porphirius q̃ in isto cap'lo maxime intẽditur de dr̃is specificis. quia vt patuit in ꝓmio huius. iste liber ordinatur maxime ad dionez ⁊ ad diffinitões. sed differentys specificis maxime opus ē ad diſiones generum ⁊ ad diffinitiones. Nõ aũt opꝰ ē dr̃is p accidens. igitur potissime in isto libro intelligitur de differentys specificis.

Tertio notandum ē. q̃ circa hunc textũ icidũt tres difficultates. Quaꝝ ꝑma ē hec. vtz idẽ possit dici dr̃a ⁊ accidẽs cũ tamẽ sint p̃dicabilia distincta. ℟ñdetur q̃ idẽ sub diuersis hitudinibus põt dici dr̃a ⁊ accidens. Nam idẽ cõsideratũ sub hitudine inhesionis ad subm absolute dr̃ accidẽs. ipm vero ꝓsideratũ sub hitudie p̃cipy distinctiui a sbo in quo ē ablatio dicitur dr̃a: Sicr dr̃a magis ꝓpria si consideretur vt ē determinatia ⁊ iformatia generis sic vocaľ forma. Si vero consideretur vt per talem determinationẽ constituitur aliqd in certo gradu entis sic vocatur spẽs. ipsa aũt considerata vt ē priꝰ distinctum talis cõstituti ab alys sic vocaľ dr̃a. ¶ Secunda difficultas quomõ põt stare q̃ oẽs dr̃e faciant alteratũ. Et q̃ aliqui faciãt aliud ⁊ ñ alteratum sicut videtur dicere textus. ℟ñdetur per vnã distinctionẽ. alteratuz põt capi dupliciter. vno mõ cõiter vt. s. dicit q̃cunq; diuersitatẽ siue subalẽ siue accidẽtalẽ. ⁊ sic ois dr̃a facit alteratum. Alio mõ capitur alteratuz ꝓut dicit diuersitatẽ accidentalẽ. ⁊ sic relatiuũ accidẽtis diuersitat) distinctũ cõtra h̃ relatiuũ aliud qõ ē rl'm diuersitatis subẽ. ⁊ sic capiť in secũda diffinitiõe in qua dicitur. differẽtiarũ quedã faciũt alteratũ. alie vero aliud. Tertio capitur magis ꝓprie ꝑ alteratiõe phica ⁊ naturali que fit per transmutationẽ phicam sic albefactio ⁊ frigefactõ faciũt alteratũ. Et isto modo sola differentia cõmunis sumpta ab aliqua qualitate de tertia spẽ q̃litatis facit alteratũ. ¶ Tertia difficultas vtrũ oẽs dr̃e p accidens suscipiant magis ⁊ minꝰ. ñdetur per duas distinctiones ⁊ duo dicta ¶ ꝓma distinctio ē hec duplex ē forma q̃daz ē forma sbalis

de genere ſbe. Et dra a tali forma nō ſuſcipit magis nz minus. qz oē ſubale i indiuiſibili cō ſiſtit eo q imediate cauſatur ab inuariabili zuniformi influxu dei creatiz. Alie ſūt forme accidentales. z illaz eſſe nō cōſiſtit i indiuiſibili eo q nō ſunt ex ſeipſis cōplete z perfecte termiate termino ꝓprio z intrinſeco ſed terminātur ad aliqd extrinſecū. puta ad ſbz quo variato cōtingit in ipſis variatio. z ideo i termino ſui eē introducūtur tales forme z remittuntur eo q imediate cauſātur a ſba creata q̄ mutabilis ē z non ſiſt atq; indiuiſibiliter ꝑducit ſuos effect⁹. ¶ Scōa diſtictō. duplex ē forma accidentalis. quedā ē q̄ bz contrariū cuz quo ē permiſſibilis. Alie ſūt que nō hnt cōtrarium. ¶ Primū dictū ē iſtud. forme accidētales habētes contrariū intēdūtur per ſepationem a contrario z remittūtur ex ꝓmutatiōe cū ſuo contrario. pz per pm̄z⁹ ethicoz dicētez. q albū ē qd ē nigro impermixtus. ¶ Zm dictū. in formis accidētalib⁹ nō hnt ib⁹ cōtrarium cā intēſionis z remiſſionis ꝓuenit ex pte habitudinis vel diſpoſitōis ſubiui reſpectu illius forme vt ille homo eſt riſibilioz qui babilior ē ad admirandū: z q min⁹ ē habilis ad admirādū min⁹ ē habilis ad ridendum.

Concluſio rñſalis. dra ē vnū predicabile ab alys diſtinctū. patet. qz bz ꝓpria ſubycibilia ſicut ſpēs quā conſtituit z inferioza ꝓtēta ſub tali ſpē de quibuſ ipſa dra nata ē ꝑdicari. habet ēt vnū modum ꝑdicandi qui ē predicari in quale eēntiale diſtinctum ab alys predicabilibus.

Primo dubitatur. quot ſūt diffinitiones dre. ꝓ ſolutione ſupponitur q Ariſt. in hac ſcōa parte ꝓſequitur de acceptione dre de qua ꝓncipaliter intendit i .B. caꝓlo. z intēdit gnq; ꝓcloes. Quarū prīa tāgit ꝓmā diffinitionē differētie que ē hec. Dra eſt qua abundat ſpēs a genere vt homo abundat ab aīali per iſtas duas dras que ſunt rōale mortale. Animal eniz nihil horum ē. hoc ē aīal ſiue gen⁹ in ſuo formali conceptu quiditatiuo neutrā dram icludit. Spēs vero ſemp in ſuo conceptu formali includit alterā draz Contra hāc diffinitionē obycit porphyri⁹. nā ex quo ſpēs abundat a genere per dram: z nihil abundat illo qd̄ non hz. iō ex ꝓcedenti diffinitione vī ſequi q ſpēs hēat dram. vel igit hēbit illam a genere vel a nullo. Non a nullo qz aliqd̄ iam fieret a nihilō. nec a genere. qz ſi ſpēs hēat dram a genere. ſequereť q genus ꝓpus hēat eam. Et qua rōe vna ſpēs hz dram a genere pari rōe z ſpēs oppoſita hēbit opōitā draz a genere. z ſic oppōita erunt ſimul in eodem. Rñdet porphyri⁹ q ſpēs hēbit dram a genere cū gen⁹ hēat vtrāq; dram ptāte ſoluz z nullā in actu. z nō ē hoc inconueniēs. ¶ Se cūda ꝓclūſio tangit ſecūdā diffinitionē dre. z ē hec. Dra ē que de pluribus drntibus ſpē i eo qd̄ quale ꝑdicatur. Ultimā pticulam probat triplr. ſ. ex⁹ ſigno. z a ſimili. Exēplo ſic. rōnale z mortale ſunt dre. z tū ꝑdicātur de hoie i qd̄ qlis ē hō z nō in eo q quid. g̃ ꝛc. Signo ſic illud ꝑdicatur in quale per quod cōuenienter rñdetur per queſtionē factā per quale. Sed dra ē hmōi. Nam ſi queratur. qualis ē homo cōuenienter rñdere debem⁹ ē rōalis. igit ꝛc. A ſili ꝓbat ſic. ſicut ē in nālibus ex mā z forma ꝓſtātib⁹ ita ē in logicalib⁹. Sed in reb⁹ naturalibus illud q bz modū forme ꝑdicať i q̄le. g̃ ēt in logicalibus dra que ē forma vel hēt modū forme ꝑdicatur in quale. Qd̄ aūt differentia ſit forma vī hēat modum forme ꝓbat porphiri⁹. qz ſic ſtatua cōponit ex ere tāq; ex mā z ex fi⁹ tanq; ex forma: ita z hō cōis z ſpālis. i. ſpēs hōis cōponitur ex genere tanq; ex mā. z ex dra tanq; ex forma. Nā hoc totū. animal rōale mortale ē hō. quēadmodū illa ſtatua ē ſupple ꝓpoſita ex ere z fi⁹. ¶ Tertia conclūſio tangit tertiā diffinitionē dre q̄ ē .B. dra ē qd̄ aptū natuz ē diuidere gen⁹ z ea que ſunt ſub genere vt rationale z irrationale diuidunt hominem z equū. i. faciūt differre hominem z equuz que ſunt ſub hoc genere qd̄ ē animal ¶ Quarta ꝓclūſio tangit quartā diffinitionē differentie que eſt hec. Differētia eſt qua differunt a ſe ſingula. i. ſingule ſpecies ſub eodem genere contēte. patet quia ſpēs non differunt per genus. imo conueniūt in genere. Ergo ſpecies adinuicem differunt per ꝓpriaſ differentias conſtitutiuas ea ꝛc. z confirmať. qz ſum⁹ aīalia nos irrationalia. ſed rationale additum nobis ſeparat nos ab illis. Similit ſum⁹ enim rōales nos z dy. Sed mortale additum nobis ſeparat nos ab illis. ¶ Quīta cōcluſio tangit ꝓplementū ꝑdicte diffinitionis quarte. Et eſt hec. Non oē qd̄ eſt aptū natum diuidere genus z ea que ſub genere eſt differentia ſpecifica. Sed cum hoc requirit q cō

trabat genus ad eẽtiam spẽi ⁊ eius essentie sit pars. ꝑz quia illa passio que ẽ aptum natũ ad nauiganduz dinidit aial. Dicimus enĩ aĩa lium aliqua sunt apta nata ad nauigandum alia nõ. Etiam distinguit spẽs aialis inter se. ⁊ tamen non ẽ differentia specifica cuius cau sa precisa ẽ eo ꝙ non ponitur in diffinitione a licui⁹ speciei animalis. ergo ista secũda parti cula conuenienter additur ꝑdicte diffinitiõi. ¶ Ponitur tamẽ a quibusdã ḡnta diffinitio dif ferentie que sub hac forma assignatur. Est q̃ conducit genus ad esse spẽi ⁊ eius ꝙ est eẽ rei pars est. ⁊ sic in toto erunt ḡnq̃ diffinitiones differentie. ex quibus infert vnũ cozzelariuz s. ꝙ differentie specifice sunt ille q̃cũq̃ faciũt alteram spẽm ⁊ quecũq̃ accipiũtur. i. ꝑdicãt in eo ꝙ quale. ¶ Postremo epilogat. De differẽtys autem dicta sufficiant.

Secundo dubitatur. Utrum diffinitõ differentie in qua dicebatur differentia ẽ ꝙ ꝑdicatur de pluribus differẽ tibus spẽ in eo qõ quale sit ꝓpria diffinitio dif ferentie in ratione predicabilis sũpte. ¶ Rñdetur per duas distinctiones ⁊ quattuoz dicta. ¶ Distinctio ẽ hec. duplex ẽ differẽtia. quedã ẽ generica. Et illa ẽ que est cõstitutiua generi subalterni sicut sẽsibile. Alia ẽ specifica que ẽ constitutiua speciei sicut rationale. ¶ Secũda distinctio differẽtia põt dupliciter dici specifica. vno modo quia ẽ constitutiua spẽi ⁊ sic omnis differẽtia eẽtial' ẽ specifica. Et ꝺ mõ cepit porphyrius cũ dixit. differẽtia magl pro pria ẽ qua vnũ differt ab alio specifica differentia. Alio mõ dr dra specifica qz ẽ constitutiua spẽi spãlissime tm̃ cum ea conuertibilis. ¶ Primũ dictũ ois dra tã generica q̃ specifica facit ꝑdicabile proꝑe dictũ. ꝑz quia quelibet talis ꝑdicatur vniuoce de plurib⁹. ¶ Secũdũ dictum dra generica nõ facit ꝑdicabile distinctũ a dra specifica nec ecõtra. ꝑz quia ꝑdicabilia distinguũtur per diuersos mõs ꝑdicãdi. sz dra generica ⁊ specifica hñt eũdẽ modum predicãdi g ẽ ꝑdicari in quale eẽntiale. ¶ Zm dictũ ꝑdicta diffinitio nõ datur de differentia in rõe ꝑdicabilis sumpta. ꝑz qz tlis diffinitio nõ ꝟuertit cũ dra que ẽ ꝑdicabl'e distinctum ab alys. igit ⁊c. Añs ꝑz quia exquo dicitur dra generica ⁊ specifica nõ ꝟstituũt ꝑdicabilia diuersa vel diuersos mõs ꝑdicãdi. sz sub eodẽ ꝑdicabili ꝟtinẽtur. segtur ꝙ continebũ, tur sub dra vt ẽ ꝑdicabile ab alys distinctũ. mõ dicta diffinitio nõ cõpetit spẽi spãlissime g ⁊c. ¶ Quartũ dictũ. ꝓꝑa ⁊ conuertibilis diffinitõ dre ĩ rõe ꝑdicabls ẽ hec. differentia ẽ q̃ predicatur de plurib⁹ ĩ eo ꝙ quale. patet. qz ista diffinitio cõuenit cuilibet contẽto sub predicabili qõ ẽ dra. Et cõplectitur ꝓpriũ modũ predicandi qui ẽ predicari in quale. ꝙ quẽ distinguitur ab alys predicabilib⁹. igitur ⁊c. Et ꝟfirmatur qz sicut porphyri⁹ ꝺdit aliquas diffinitiões spẽi cõuenientes tm̃ spẽi spealissime ⁊ aliquas ꝟuenientes tã spẽi subalterne. q̃ spealissime. ita in pñti capitulo videt porphyrius posuisse ynã diffinitionẽ solũ ꝟuenientẽ dre generice cuiusmodi ẽ illa diffinitio. Dra ẽ qõ predicat de plurib⁹ spẽ differentib⁹ in eo ꝙ q̃le. Et alias diffões cõueniẽtes taz dre generice q̃ specifice nõ explicãtes tm̃ ꝓpriũ modũ predicãdi illius predicabilis qõ ẽ dra. iõ in fine istius capli posuit vnã diffinitionẽ q̃ posset dici sexta per quã videt explicare ꝓpriũ modũ predicandi dre. Et vt ẽ predicabile ab alys distinctum. et illa diffinitio ẽ hec. Dra ẽ qõ predicatur de plibus in eo ꝙ q̃le sicut patuit in cozzelario duby ꝓcedentis.

Tertio dubitatur quot sũt act⁹ dre. ¶ Rñdet ꝙ sũt tres quoz ꝑm⁹ ẽ diuidere genus a quo dr dra formaliter diuisiua generis. Scõs ẽ ꝟstituere spẽm a quo dra dr formaliter ꝟstitutiua spẽi. Tertiꝰ ẽ facere differre a quo dra dr formaliter dra. Et illi tres actus sũt ꝓprietates ex nã rei conuenientes dre prime intentionaliter sũpte sup qua mediantibus illis actib⁹ fundatur illa scõa intẽtio dra cui⁹ ꝓprius mõus ẽ predicari de pluribus in eo ꝙ q̃le sicut dictũ ẽ prius. ⁊ si obiycitur ꝓpũ ⁊ accidẽs ꝑdicãt de plurib⁹ in quale g ab eis nõ differt dria. Scõo sic. si differẽtia generica ⁊ dra specifica faciãt vnũ predicabile ꝓpter cõuenientiã earum in illo mõ predicandi cõi qui ẽ ꝑdicari in quale. sequeret ꝙ genus ⁊ spẽs faciant vnum predicabile inter se qz ꝟueniũt in illo mõ predicãdi qui ẽ predicari in qd. et solũ differũt eo ꝙ gen⁹ predicatur de plurib⁹ drntib⁹ spẽ ⁊ spẽs de plurib⁹ differẽtib⁹ numero. Ad primã dr ꝙ ꝑdicari ĩ q̃le eguoce ꝟueit dre. ꝓꝑo ⁊ accidẽti qz dra ꝑdicat ĩ q̃le ꝙ modũ determinãtl eẽntialis. sz ꝓpũ ꝑdicat ĩ q̃le ꝙ modũ denoiantl accidẽ taliter ⁊ ꝟuertibiliter. ⁊ accidẽs ꝑdicat ꝙ mo

dū denoīantis accidētaliter ꝛ nō ꝓuertibilit. ideo ꝑpter conuenientiā illoꝝ triū p̄dicabili um in illo⁹ p̄dicandi equoco ñ dēnt conclude re ipsa facere vnū p̄dicabile. ¶ Ad secūdā di citur ꝙ gen⁹ ꝛ spēs cōueniūt in modo p̄dicā/di i gd q̄si in quodā equiuoce. Sed differētia generica ꝛ specifica cōueniūt in mō p̄dicandi in q̄le tanq̄ in mō p̄dicandi vniuoco. iō diffe rentia generica ꝛ specifica nō faciūt nisi vnū p̄dicabile. lz gen⁹ ꝛ spēs faciāt diuersa p̄dica/bilia. nā gen⁹ p̄dicaꝛ in quid per modū termi nabilis. ꝛ spēs p̄dicaꝛ in qd p modū determi nātis. iō modus p̄dicādi i qd ꝓuenit eis equo ce. Sed dīa tā generica q̄z specifica p̄dicatur in q̄le p modū determinātis eēntialiter. iō il/le modus predicandi conuenit eis vniuoce ꝛ sic faciunt vnum predicabile.

Ad rationes Ad primam dicit ꝙ lz dīa in abstracto nō di cat totū eē spēi de qua p̄dicaꝛ tñ dīa sūpta in cōcreto rōne modificādi ꝓcreti cōplete dicit totū eē spēi. ¶ Ad scōz dr ꝙ lz dīa nō p̄dicet in abstracto de spē p̄dicatione dicēte hoc ē B. tñ i ꝓcreto. ꝛ B ē vera. hō ē rōalis. licet ista nō sit vera homo est rōnalitas. ¶ Ad tertiam pa/tuit solutio in primo notabili.

Quaeritur Utrū ꝑpriuz ꝛ accidēs sint p̄dicabilia adinuicē distincta. ¶ Arguit p⁹ ꝙ nō q⁹ nulla se cūda intētio p̄dicaꝛ ō prima intētōe i abstracto. Sz ꝑpriuz i abstracto p̄dicaꝛ de pria ītētione vt dicēdo risibile ē ꝑpetas. g̊ ꝑpriū nō ē intētio scōa. ꝛ p ꝓsequēs nō ē p̄dicabile. ¶ Arguit ꝛ°. nulla se cūda intētio p̄dicaꝛ eēntialr de ꝑma. sed acci dēs eēntialr p̄dicaꝛ de pria. vt B ē p̄dicatio es sētialr. Qualitas ē accidens q̄titas ē accidēs g̊ accidēs nō ē p̄dicabile. lz ꝓña q⁹ oē p̄dicabi le ē scōa itentio. ¶ Arguit ꝛ°. i diffinitōe ꝑpri ponit accidēs. g̊ ꝑpriū ꝛ accidens non sunt pre dicabilia distincta. añs pz q⁹ ꝑpriū a porphy rio sic diffinitur. Proprium est quod accidit vni so li ꝛ semper. In oppositum est porphyrius.

eta. ¶ Distictio est hec. ꝓpõũ de est tertio adiacẽte quedã sunt in quibus explicite ponitur nomẽ vel participiũ ꝓ predicato materiali. et alie sunt in quibus ponitur tantũ verbũ ad lecti^{m}. ¶ Primũ dictũ. ꝓpões de est tertio adiacente ꝑmo modo possũt multiplicari vsq; ad nonaginta ex ꝓpões. et quadragita octo oppositiones. Patet. quia ex parte subiecti variando ipsũ penes finitũ et infinitũ ꝓñt sumi q̃draginta octo ꝓpões et vigintiq̃ttuor oppões sicut dictũ est in propositionib^{9} de est scõo adiacẽte. et quia in talibus predicatũ potest infinitari: ideo variãdo predicatũ penes predicatũ finitũ et infinitũ ꝓñt totidẽ sumi scz q̃dragintaocto propões et vigintiq̃ttuor oppões. Et sic in toto erũt nonagintaex ꝓpões. ꝛ q̃draginta octo oppões. ¶ Secũdũ dictũ. propões de est tertio adiacẽte scõo mõ dicte codẽ modo multiplicant sicut propões de ẽ secũdo adiacẽte supposito q^{9} verbũ nõ possit infinitari in oratiõne. sed si dicatur q^{9} verbũ i oõne positũ manet infinitũ. tunc tales multiplicantur ad tantũ numer ex sicut alie ꝓpositiones de est tertio adiacẽte in quibus ponitur nomẽ explicite vel participiũ ꝓ predicato materiali. ¶ Tertia difficultas. qd est hoc verbũ est. predicari secũdũ tertiũ adiacẽs. ¶ Respõdet aristoteles q^{9} istud verbũ ẽ dicitur predicari tertiũ adiacẽs quando post ipsũ ponitur explicite nomẽ vel participiũ ꝓ predicato materiali. vt in hac oratione homo est iustus. Et licz ꝟ verbũ est: sit z^{m} secũdũ sitũ: tamẽ est tertiũ secundũ naturã vniẽtis et vnibilis. qz vniẽs ẽper regrit vnibilia. Et ex opposito dicitur hoc verbũ est: predicari z^{m} adiacẽs: quia ipsum est predicatũ materiale vel ipsũ includens. ita q^{9} ꝓter hoc verbũ est: nõ ponitur explicite aliquod predicatũ materiale. ¶ Quarta difficultas. quo modo intelligitur illud dictũ textus: in propositionibus vniuersalib^{9} non similiter contingit angulares esse veras sicut in ꝓpõibus indefinitis. ꝓtingit tamẽ aliquãdo. ¶ Respondeꝫ per duo dicta. Primũ dictũ. stãte dispositione propõnũ in q̃ttuor angulis facta in z^{o} notabili: ꝓpões ille dicunt angulares que adiuicẽ opponũtur mõ cõtrario cõtradictorio subcõtrario vel subalterno. ¶ Z^{m} dictũ. in propositionibus vlib^{9} ille que opponũtur modo cõtrario nõ sunt simul vere. sed ille q̃ opponũtur modo subalterno stant simul i veritate. sz in propositõnibus indefinitis tã ille que opponũtur modo subalterno q̃ ille que opponunt modo cõtrario sũt simℓ vere. ¶ Quita difficultas. vtrũ signo particulari vel vniuersali nõ possit sibi addi negatõ infinitãs. Ad dubiũ rñdetur q^{9} licet signo vli vel particulari nõ possit addi negatõ ifinitãs: põt tñ addi ne^{o} negãs.

Conclusio Respõsalis. Anegatia ad affirmatiuã predicato variato penes finitũ et infinitũ et ecõtra: est bona cõsequẽtia. vt patuit ex dictis in ꝓio nõbili.

Primo Dubitaꝫ. vtrũ semp valeat cõsequẽtia ab affirmatia ad negatiuã predicato variato penes finitũ et infinitũ. ¶ Rñdetur q^{9} semp valet gnq; casibus obseruatis. Primus est q^{9} nõ arguaꝫ in ꝓpõibus de ꝑterito vel futuro. qz nõ segtur sortes fuit non alb^{9}. g̃ sortes nõ fuit albus. qz añcedẽs potest esse verũ sine ꝯñte. vt ꝓi^{9} patuit. ¶ Z^{9} casus ẽ q^{9} nõ arguaꝫ in ꝑdicatis cõpositis. ideo nõ segtur sortes videz nõ asinũ. g̃ sortes nõ videz asinũ. ¶ Terti^{9} casus ẽ. q^{9} nõ arguaꝫ in ꝓpõibus modalib^{9}. ideo nõ segꝫ. sortes põt nõ esse alb^{9} ergo sortes nõ põt esse alb^{9}. ¶ Quart^{9} casus ẽ q^{9} nõ arguaꝫ in termis respectiuis. vt nõ segꝫ sortes ẽ nõ pat. g̃ sortes nõ ẽ pater. qz põt simℓ esse pater ꝛ nõ pater. põt eni esse pat ꝛ fili^{9} ꝛ p cõsequns pater ꝛ nõ pater. ¶ Quit^{9} est q^{9} nõ arguatur i termis obliquis. ideo nõ segtur bois est nõ asin^{9}. ergo bois non est asin^{9}. ¶ Allꝫ rñdetur q^{9} ſper valet ꝯña tantũ duabus ꝯditionibus obseruatis. ¶ Pria cõditio q^{9} nõ arguatur a nõ distributo ad distributũ ex ꝑte tpis cõnotati ꝓ copulã. ꝛ ideo nõ segꝫ sortes fuit nõ albus. g̃ sortes nõ fuit albus. licz bñ seq̃tur sortes in oi tpe preterito fuit nõ alb^{9}. g̃ sortes nõ fuit albus. ¶ Scõa ꝯditio. q^{9} tale ꝑdicatũ sit i finitũ. defectu cui^{9} cõsequntie facte i vltis q̃ttuor casib^{9} nõ tenẽt. vt ꝑz in termis respectis i q̃bus videꝫ tenere ꝯña. qz licz nõ seq̃ꝫ: sortes est nõ pater. ergo sortes non est pater arguendo respectu diuersoꝝ: tñ bene segtur arguẽdo respectu eiusdẽ. qz ipossibile est siue in absolut siue i respectiuis ꝯdictoria vificari de eodẽ.

Secundo Dubitaꝫ. vtrũ sicuta negatiua ad affirmatiaz subo manẽte eodẽ predicato variato penes finitũ et infinitũ valz ꝯña formaliter: ita etiã teneat a negatia ad affirmatiuã predicato manẽte eodẽ: ꝛ subo variato penes finitũ ꝛ ifinitũ. ¶ Rñdeꝫ

q ex negatia nũq̃ seqtur formaliter affirmatiua nisi põita constãtia subi qr ppõ negatia nihil põit. affirmatiua vo aliqd põit. Alr rñr p duo dicta. Prim q a negatia ad affirmatiuaz solum p̃dicato variato penes finitũ ⁊ infinitũ formaliter tz ɔña obseruatis duab⁹ ɔditionibus p⁹ dictis siue ponat̃ constãtia subi siue nõ quia non oz ad hoc q ppõ affirmatiua de i eẽ ⁊ de pñti sit vera ponere ɔstantiam realẽ subi iõ bene seqtur. homo nõ ẽ alb⁹. g̃ homo ẽ non albus. tz ɔña p locũ a contradictorys. ⁊ etiam p primũ principiũ i quo dr̃ de quolibet affir⁹ vel negatio vera ⁊ de nullo ãbo simul. ¶ Secũdũ dictũ a negatia ad affirmatiuã subo variato penes finitũ ⁊ infinitũ ⁊ p̃dicato manente eodẽ ⁊ ecõtra valet ɔña tribus conditionibus obseruatis. Prima q non arguatur a nõ distributo ad distributũ ex pte tpis cõnotati per copulam. Scda ɔditio q totũ subm sit infinitũ. Tertia conditio q p̃dicatũ si termin⁹ singularis. nã bñ seqt̃. nõ homo ẽ sortes. g̃ sortes non ẽ hõ. Silr seqt̃. nõ albũ ẽ sortes. ergo album non ẽ sor. ⁊ ẽt econtra. Et dr̃ notanter si p̃dicatum sit terminus singularis. qr si fuerit terminus cõmunis non valet ɔña. sicut nõ sequitur. non homo est iustus. ergo homo nõ est iustus. nec etiam sequitur econtra. Et hoc est quod intendebat aristoteles cum dicit q ille que sunt de subo infinito sũt extra illas q̃ sunt de p̃dicato infinito quo ad ɔñam. loqtur enim de istis in qb⁹ predicatũ ẽ termin⁹ cõis.

Tertio dubitatur. Utrum noia ⁊ verba transposita idẽ significẽt. Pro dubio supponendũ ẽ q Aristoteles in hac secunda parte p̃ncipali declarat q̃dã prius minus bene declarata. Et intendit quinq̃ cõclusiones. Quarum prima declarat vnũ prius dictum. ⁊ ẽ hec. in vlib⁹ terminis vlr sumptl nõ contingit angulares simul eẽ vles sicut contingit in terminis nõ vlr sũptis. pz qr iste due oẽ aial est iustũ. nulluz aial ẽ iustũ. sunt cõtrarie. Sed ɔtrarie nunq̃ erũt simul vere. g̃ iste non sunt simul vere quãuis eis opposite eaꝝ ɔdictorie que adiuicem sunt subcõtrarie sint aliqñ simul vere sicut iste. nõ oẽ aial est iustũ. aliquod aial ẽ iustum. Et vltra iste due. nullũ aial ẽ iustũ. ⁊ oẽ aial ẽ non iustum. conuertũt̃ adinuicem eo q vna sequitur ad alterã ⁊ ecõtra. g̃ si ista vniuersalis affirmatiua. oẽ aial est iustum. non stet in veritate cum ista sua contraria. nulluz aial ẽ iustum nec etiã stabit in veritate cum ista. omne aial ẽ nõ iustũ. q̃ conuertitur cum priore vli negatiua. ⁊ per consequẽs vniuersalib⁹ terminis vlr sumptis non cõtingit angulares. i. ppões que modo cõtradictorie opponũtur simul stare in veritate. sz q ad istã. nullũ aial ẽ iustũ. seq̃tur ista. omne animal ẽ non iustũ. pbat Aristoteles. quia bñ seqtur. nullus hõ ẽ iustus. g̃ ois homo ẽ nõ iustus. qr nisi sic oppositum ɔñtis stabit cũ añte sed oppositum ɔñtis ẽ. non ois homo ẽ non iustus. ad quaz sequitur. aliqs homo ẽ iust⁹. Sz ista pticularis affirmatiua repugnat añcedẽti. s. isti. nullus homo ẽ iustus. g̃ prima cõseq̃ntia fuit bona. s. ista. nullus homo est iustus. ergo ois homo ẽ non iustus. q autẽ seq̃tur. non ois homo est non iustus. g̃ aliquis homo est iustus. pbat aristo. cum dicit. oz eni eẽ aliq̃ hoc ẽ. si non omnis homo ẽ non iustus. opz q aliqs homo sit iustus. ¶ Scda cõclusio remouet quoddã dubium. dictũ ẽ enim q negatia de p̃dicato finito infert affirmatiuã de p̃dicato infinito. ideo posset aliquis dubitare vtrũ ex aliqua rñsione negatiua data ad aliquã questionem affirmatiuam liceat sẽper inferre affirmatiuã de p̃dicato infinito eiusdẽ qualitatis cum ea que interrogatur. rñdet aristo. in teris singularibus ex respõsione negatiua de p̃dicato finito. lz inferre affirmatiuam de p̃dicato infinito. sed non in terminis vlib⁹. vt si q̃rat̃ ẽ ne socrates sapiens. ⁊ rñdeat̃ q non conueniẽter infertur ergo sortes ẽ non sapiens. sed in vlibus nõ sic. vt si querat̃. est ne ois homo sapiens. ⁊ rñdeatur non. tũc non vz inferre. g̃ omnis homo ẽ non sapiens. sed bene infertur non omnis homo ẽ sapiens. quia ista cõtradicit prie. modo ɔdictorie non pñt simul eẽ false. Sed ista. omnis homo ẽ nõ sapiẽs. ɔriat̃ p̃me. mõ ɔtrarie pñt simul eẽ false. ¶ Tertia conclusio remouet aliud dubiũ. posset eni aliqs credere q noia ifinita p se sũpta eẽnt enunciatões negatie sine vbo. rñdet aristo. q non qr ois enũ⁹ negatia ẽ va vel falsa sed noia infinita nõ significãt veꝝ vel falsuz si non addat̃ eis aliquid qr q dicit. nõ hõ. nihil magis dicit veꝝ vel falsũ q̃ si diceret homo. Quarta conclusio declarat qd prius dicit arist. s. q ppões de subo finito ⁊ infinito sunt extra illas q̃ sũt de p̃dicato finito ⁊. ifinito idest sũt iptinẽtes illis quo ad ɔñam nec se inuicem consequũt̃.

Et huius dat rōnē. qz hec ꝓpō de subo infinito omnis non homo est iustus. nulli ꝓpōni de subiecto finito ē eadē nec significat idē. Sil'r nec sua oppōsita. nō ois non homo est iustus. ꝙuis tñ ista. non homo est nō iustus. significet idem sicut sua negatiua de subiecto infinito. ois non homo non est iustus. ¶ Quinta ꝯclusio remouet quoddā dubiū. nā sepe predicatū ꝓponit subiecto. ideo posset aliquis dubitare vtrū B eēt incōueniēs. vel ꝙ essent noue ꝓpositiones. illud dubiū remouet ꝑs 7 dicit ꝙ noia 7 verba transposita idem significant. vt iste due. album est homo. 7 est homo albus significant idem. patet. quia nisi sic tunc vni⁹ affirmationis essent plures negatōes. ꝓñs est falsum. quia dictū est vt in principio huius ꝑz ꝙ vnius affirmatiōis est tñ vna negatio. patz tamē ꝓñtia. quia negatiua istius. est albus hō. est ista. s. non est albus homo. g̃ si iste due. est homo albus. 7 est albus homo. essent distincte ꝓpōnes. tunc negatio istius. est homo alb⁹. erit ista. non est non homo albus. vel ista. non est albus homo. nō ꝑma quia ipsa est negatio istius. est nō homo albus. g̃ secūda ꝛz ista. nō est albus homo. sed ipsa eadem opponit huic est albus homo. 7 est diuersa ab ista negatiua non est albus homo. g̃ vnius affirmatōis erūt due negatiōes. s. istius affirmatiōis. est albus homo. erunt iste due negationes. non est hō albus. 7 non ē albus homo. et per ꝓñs transpositione noīs 7 verbi eadem fit affirmatio 7 negatio. ¶ Et si dicatur ꝙ aristoteles petit principiū accipiēdo illud quod debet ꝓbare. accepit enim istā negatiuaz. nō est homo albus. esse negatiuā istius affirmatiōis. est homo albus. quod est ꝓbandū. ℟espōdet boecius. ꝙ hoc accipit aristoteles ꝓ principio manifesto eo ꝙ idem 7 de eodez negat illa negatio de quo affirmatur affirmatio.

Ad rationes ante oppositum. Ad ꝑ maz dicitur ꝙ duplex est ꝓpositio affirmatiua. quedam ē affirmatiua formaliter equiualēter tñ negatiua: 7 talis bene ꝛequitur ad negatiuā. nec etiam opoz tet talē de nēcitate aliquid ponere in re. Alia est affirmatiua simplicit̃ nulli negatiue equiualens: et talis non ꝛequitur formaliter ad negatiuam. Et per idem respondetur ad confirmationem. ¶ Ad secundam patuit solutio in ꝓmo dubio etcetera.

Queritur Utrū tñ a diuisis ad cōiūcta sit bona ꝯñtia formalis. 7 videtur ꝙ non. quia nō ꝛequit. sortes est albus 7 ē aial. ergo sortes est albū aial. nec similit̃ ꝛequitur. sortes est homo 7 est aial. g̃ sortes ē homo aial. 7 tñ arguit̃ a diuisis ad coniuncta. g̃ ꝛc. ¶ Secundo arguit̃ sic. non ꝛequit̃ quinq; sunt duo 7 tria. ergo quinq; sunt duo 7 quinq; sunt tria. nec etiā ꝛequitur. asinus est volans si habet alas ergo asinus est volans si hz alas 7 tñ arguit̃ a cōiunctis ad diuisa g̃ ꝛc. ¶ Tertio arguit̃. non ꝛequitur sortes est magnus et est clericus ergo sortes est magnus clericus. nec ꝛequitur Jste canis est pater et est tuus g̃ est pater tuus. 7 tñ arguit̃ a diuisis ad ꝯiūcta. ergo ꝛc. Jn oppositū est aristoteles.

Primo sciendū ē ꝙ ꝓ declaratione terminoꝝ ponūt̃ due distincti ones 7 tria dicta. ℟ima distinctio ē. hec. predicata possunt dici ꝯiuncta siue vnita duplr. ℟imo mō qz ꝯiungunt̃ per aliquā ꝯiūctionē vt sortes ē albus 7 musicus. Alio mō possunt dici ꝯiūcta per negationē medy. 7 sic illa dicū tur cōiūcta quoꝝ vnū imediate 7 sine medio addit̃ alteri: vt dicēdo homo albus. ¶ Scōa distinctio. predicata possūt dici diuisa dupliciter. Uno mō ꝓpter adiunctionē alicuius medy vnientis vel copulantis illa predicata. vt sortes ē hō 7 alb⁹. Alio mō pōt dici diuisa ꝙ negationē medy copulātis vel disiūgētis: vt sortes ē hō ābulās. ¶ ℟imū dcm̃. ꝑdicata dñr ī ꝓposito sumi diuisiz qñ sumūt̃ cū ꝯiūctōe media vniēte illa ꝑdicata: 7 dicunt̃ sumi cōiūctiz qñ sumūt̃ sine ꝯiūctōe: sz tñ hñt vnionē determinatōis 7 determinabilis. ¶ 2m dcm̃. arguere a diuisis ad cōiūcta ē arguere a plib⁹ ꝑdicatis sūptis diuisiz ꝙ cōiūctionē mediā ad eadē ꝑdicata sūpta cōiūctim sine cōiūctiōe. sz arguere a cōiūctis ad diuisa ē arguere a plib⁹ ꝑdicatis sūptis cōiūcte sine cōiūctiōe ad ipsa eaꝺ ꝑdicata sūpta diuisim 7 ꝓ ꝯiunctionē mediā. ¶ 3m dcm̃. ꝓña q̃ arguit̃ a diuisis ad ꝯiūcta aut eꝺ nō ē formalis. sed mālis. ꝓmū patet: qz nō tenet ī oib⁹ terminis: vt patebit ī nōbili seqnti 2m ꝑz qz ī multis talib⁹ ꝯñtys oppositū consequentis non potest stare cum antecedēte.

Secundo notādū ē ꝙ ī B. ꝛc. deterīat aristo. ꝙ ꝯñtys ꝓpōnū ō ieste

ꝓueniẽtib⁹ rõe plalitatis ꝑdicatoꝝ cõiũcto⁹ vel diuiſo⁹: ⁊ cõtinet tres partes ꝓncipales in quaꝝ ꝓma oñdit gd ſit enũciatio plures. et cõtinet quatuoꝛ cõcluſiones. ⁊ꝓma cõcluſio ē enũciatio plures ē in qua affirmãt vl negãt plura de vno vl vnum de pluribus vl plura de plurib⁹ dũ tñ ex illis plurib⁹ nõ fiat vnũ ʒm. ¶ Cz⁹ 2° declarat q̃liter ex illis plurib⁹ dz fieri vnũ ad ꝟ q enũciatio in q̃ ponũt illa ra ſit enunciatio vna. ⁊ ē ꝟ ad hoc q enunciatio cõſtituta ex illis plurib⁹ ſit vna. oz ex illis plurib⁹ fieri vnũ nõ vocalr tm̃ ſz eẽntialr vel vnitate determiationis ⁊ deteriabilis. vt ē ꝟ enũ⁹ vna. hõ ē aial mãſuetũ bipes. ſz iſta nõ ē vna. hõ ē alb⁹ âbulãs. dato etiaꝫ q illis plurib⁹ eẽt vnũ nomẽ ipõitũ qõ pz. qz ex hoĩe ⁊ ambulãte nõ fit vnũ ʒm. iõ ſi aliqs affirmet vnuꝫ ꝑdicatũ de illis vel illa de aliq̃ ſubo nõ erit affirmatio vna. ſz ſolũ erit voꝛ. vna affirnc⁹ vero multe ⁊ ſimplr plures. ¶ Cz⁹ 2°. ē. ꝟ ꝓpõ homo ē albus ambulãs. ē ſimplr plures ⁊ nõ vna. pz qz illa enũ⁹ ē plures ſimplr ⁊ nõ vna ad quaꝫ dyaletice interrogatã nõ dz dari vna rñſio. ſz ad illã dyaletice interrogatã nõ dz dari vnica rñſio. g̃ ⁊c. maioꝛ pz. qz dyaletica interrogatio ꝓpõis ē peti⁹. ꝓpõ ãt ē vni⁹ ptis ꝓtradictiõis ¶ 4ª 2ª: ītrogatio q̃ q̃rit gd ē. ñē dyaletica pz. qz dyaletica iterro⁹ iterrogat vtrãq; partē cõtradictionis ⁊ petit alterã ſibi dari determinate. ſed queſtio gd ē ſolũ ꝓponit vnã ptẽ ꝓtradictionis. vt ſi q̃raꝝ quid ē aial. ibi ē q̃ſtio. gd ē. ſi vero queraꝝ vtrũ hõ ſit aial vel nõ tũc eſt ibi iterrogatio dyaletica. ¶ Cõſequẽter i ſecũda pte oñdit q̃liter valet ꝓña a diſis ad ꝓiuncta. ⁊ itẽ dit duas ꝛcl̃ones. ¶ ⁊ꝓria 2° ē ꝟ coꝝ q̃ ꝑdicãt. q̃dã ꝑdicãt diſim q̃dã ꝓiũctim quedam vero nõ. Et i hac diſione inuit ariſ. quandaꝫ qõez. Nã cũ ita ſit q a diuiſis ad cõiũcta q̃ſq; valeat ꝓña ⁊ quãdoq; nõ q̃ ē rõ ꝛc. ⁊ p bando dictaꝫ ꝛcluſionẽ arguit ad vtrãq; partem. ꝓio ad ptẽ affirmatiuam duob⁹ exẽplis ⁊ Nam bñ ſegtur ſortes ē aial ⁊ ē bipes. g̃ ē animal bipes. ⁊ ſilr ſegt̃. ſortes ē hõ ⁊ ē albus. g̃ ē hõ albus. Deinde ꝓbat ptẽ negatiuã exẽplo ⁊ rõe: exẽplo ſic. qz nõ ſegt̃. ſortes ē bonus ⁊ ē piſtor. g̃ ē bonus piſtor. ratõne ducente ad inconuenientia ꝓbat ſic. qz ſi ſemp valeret cõſeq̃ntia a diuiſis ad cõiũcta. ſequerẽt duo icõuenientia. ſ. ꝓceſſus in ifinitũ ⁊ nug⁹. ⁊ꝓmũ pz duobus exẽplis. nam cuꝫ homo ē homo. ⁊ albus: ⁊ iterum homo ē homo ⁊ albus. iõ hõ eſſet homo hõ. ⁊ albus alb⁹. ⁊ ſic infinitũ ſepi⁹ repetendo. Similiter quia cum ſortes ſit albus ⁊ muſicus ⁊ ambulans ſegtur q ſortes ē albus muſicus ambulans. ⁊ ſic ī infinituꝫ. Sz q ſit nugatio. patz vno exemplo ſic arguẽdo. ſortes ē bipes ⁊ aniaal. ergo ſortes ē bipes animal. ¶ Scõa concluſio reſpondet ad queſtionem ꝓpus motaꝫ. ⁊ hec ē a diuiſis ad cõiuncta bene valet conſequentia ſemp duabus conditionibus obſeruatis. ⁊ꝓma ē quãdocũq; predicata diſa ꝑdicantur de ſe inuicez vel de tertio ſcõm accidens tunc a diuiſis nunc̃ contingit inferre coniunctum. patet duobus exemplis. quia non ſequitur ſortes ē albus ⁊ muſicus. ergo ſortes ē albus muſicus. quia licet ſit verum dicere album eſſe muſicum. hoc tamẽ non ē per ſe ſed ſcõm accidens. Similiter nõ ſequitur iſte ē bonus ⁊ ē piſtor. ergo ē bonus piſtor. Sed quando predicata diuiſa non predicantur de ſe inuicem. aut de tertio per accidens. tunc ex ipſis licet inferre coniunctum. quia bene ſequitur ſortes ē animal ⁊ bipes. igitur ſortes ē animal bipes. quia animal ⁊ bipes non predicantur de ſe inuicem ſcõm accidens. ¶ Secũda cõditio q quando vnuꝫ predicatorum. ſ. ſecũdũ includitur ī ꝓio nõ ē bona ꝓña. quia nõ ſegtur. ſortes ē homo ⁊ ē animal. ergo ſortes ē homo animal.

Tertio ſcienduꝫ ē. q circa hunc textum incidũt tres difficultates. ⁊ꝓma ē. vtrum enunciatio plures ſit enunciatio. Et videtur q non. quia ſecundum ariſtotelez ꝓmo elenchozum idem ē propoſitio. ⁊ propoſitio vna. Ad dubiuꝫ reſpondetur q ſicut animal dicitur analogice de animali picto ⁊ vero. Et propter hoc iſta ē falſa de vtute ſermonis. animal pictuꝫ ē animal. propter iſtam regulam analogum per ſe poſituꝫ ſtat pro famoſiori ſignificato. Tamen iſta poteſt eſſe va. animal ē pictum propter iſtam regulam. Talia ſunt ſubiecta qualia permittuntur ab eorum predicatis hoc ē ſubiectum equiuocum in propoſitione ſumitur pro illo ſignificato cui natũ eſt cõuenire predicatum. ſilr dicẽdũ ē de enũciatione q̃ analogice dr̃ de enũciatione vna. et enũciatiõe plures quia enunciat o vna ē vere ⁊ ſimplicit̃ enũciatio. ſz enũciatio

plures ē enūciatio ſm quid ꝛ ſcōm ſimilitudi
nem eo. ſ. q̄ in ipſa ē aggregatio pluriū vocū
ſicut in vā enūciatione. ideo de vtute ſermo
nis iſta ē falſa enūciatio plures ē enūciatio.
ſed iſta pōt cōcedi vera enunciatio ē enū⁹ plu
res. ¶ Secūda difficultas q̄liter intellī illud
dictū textus. qm̄ nec hoc ipm quid eſt interro
gatō dialetica ē. cū tm̄ in ſ⁹ topico⁹ doceat ter
minare ꝓblema de diffōe. Rn̄r q̄ duplī po
teſt formari queſtio de diffōe. vno⁹ per iſtud
ſignū interrogatiuum qd. vt q̄rendo qd ē bo
mo vel aīal. ꝛ talis non ē dyaletica eo q̄ non
ꝓueniēter pōt reſponderi p vtrāq; ptē ꝺdictō
nis. ſz pertinet ad demonſtrationē. alio⁹ pōt
formari q̄ſtio de diffinitione per iſta ſigna in
terrogatiua ne vel an. vt q̄rēdo ē ne aīal rōa
le diffinitio boīs vl̄ non. ꝛ talis ñ ē queſtio qd
ſed eſt iterrogatio dyaletica ad quā p vtrāq;
partem contradictionis poteſt ꝓueniēter rn̄
deri. ¶ Tertia difficultas vt̄ hec ꝓpoſitio. bo
mo ē albus. ſit ſecūdū ſe ꝛ hec. albū ē muſicū
ſit ſcōz accñs cū tm̄ in vtraq; ſit ꝑdicatio per
accidens. rn̄r q̄ ꝓpoſitio pōt dici ſz ſe duplr
vno⁹ vt li ſcōm ſe tm̄ valet ſicut per ſe ꝛ eēn
tialiter. ꝛ ſic opponitur ei qō ē per accidēs. Et
hoc modo nulla illaꝝ ē ſecūdū ſe. Alio⁹ capiī
vt opponitur ei q̄ ē p aliud ſiue huic qō ē gra
alteri⁹. ꝛ ſic iſta ē ſecūdū ſe. homo ē alb⁹. quia
albū non ineſt boī rōne alic⁹ terty cui vtrūq;
accidit. ſed iſta ē ſcōm accidens. albū ē medi
cum. quia medicū non ineſt albo niſi ratione
alicuius terty vtputa ſortis ꝛ platonis cui ac
cidit eē albū ꝛ muſicū.

Cōcluſio rn̄ſalis. a diuiſis ad ꝺiuncta ē
ꝺnſ formal ſuppōita gramā
ticali ꝺgruitate locutiōis nec variata ſignifi
catione determinati vl̄ deteriabilis aut ſup
poſitione vel appellatione. ꝓbaī q̄ non ē da
bilis inſtātia. ideo ñ bñ ſeq̄t. iſte canis ē p̄r et
ē tu⁹. g̃ ē pater tu⁹. q̄ in p̄ria tu⁹ appellat poſ
ſeſſionē illi⁹ canis ꝛ i ſcōa poſſeſſionē pñitat

Primo dubitaī. Utr̄ oīs enūciatio in
qua enūciaī vnum de vno ſit
enūciatio vna. ꝛ oīs alia ſit enūciatio plures.
Rn̄r q̄ q̄q; diſtinctiones. p̄ima ē. enūciatio
vna duplex ē quedā ē enūciatio vna. alia eſt
plures. ¶ Scōa diſtictō enū⁹ plures ē duplex
quedā ē in q̄ explicite ꝑdicaī plura de vno
vel vnum de pluribus vl̄ plura de pluribus
ꝛ inconiuncte. Alia ē enūciatio plures impli
cite tm̄ cuius alterum extremoꝝ eſt termin⁹
equiuoc⁹. ¶ Tz⁹ diſtinctio. enūciatio vna eſt du
plex quedā ē ſimpliciter alia ꝺiūctōe. ¶ 4⁹ di
ſtinctio. enūciatio vna coniūctione ē duplex.
quedam ē enūciatione vna coniūctione ꝓpo
ſitionū in q̄bus. ſ. explicite vel implicite con
iūgūtur due ꝓpōes ca⁹ per aliquaz ꝺnexiōez
explicitam. ſicuti in iſta ꝓpoſitione ipo⁹ vel
conſimili. ſortes currit. ꝛ plato diſputat. ipli
cite vero ſicut in ꝓpoſitiōe exponibili. vt tā
tū homo currit ꝛ ꝺſili. Alia eſt enūciatio vna
coniūctione terioꝝ in qua. ſ. alterum termio
rum cōplectitur plures terminos cōiunctos
per aliquam coniūctionē vel aliquod aduer
bium equalens coniūctioni. vt dicendo ſortez
ē albus muſic⁹. ¶ Quinta diſtinctio ē enūcia
tio vna ſimplr ē duplex. q̄daz ē cui⁹ ābo extre
ma ſunt termini ſimplices ꝛ vniuoci. vt dicen
do bō ē aīal. homo ē albus. alia eſt vna enun
ciatio ſimplr cui⁹ alterum extremoꝝ vel ābo
extrema cōplectūtur plura ſe habētia per mo
dum determinationis ꝛ deteriabilis ſicut di
cendo. aīal ē ſuba aīata ſenſibilis. vel ſortes ē
homo alb⁹. Sed obycitur dupliciter. primo
auctoritate boecy dicētis q̄ ſi ō bis q̄ ſubycis
aut ꝑdicas nō fiat vnū non ē ꝓpō vna. ꝛ paulo
poſt addit. q̄ ſi ex bis que ſubycis aut ꝑdicas
non fiat vnū ſicut ex ſuba aīata ſenſibili non ē
ꝓpō vna. Secūdo obycīt auctoritate ariſto.
volētis q̄ ſi ꝑdicēī plura de vno vel vnū ō plu
ribus ex q̄bus non fit vnū nō ē enūciatio vna.
ſed plura poſtea dicit quecūq; ſm accidēs di
cūtur de eodem vel alterū de altero hec non
erunt vnū. vt albū ꝛ homo dicūt de ſe inuicez
ſecūdū accidēs. g̃ ex iſtis non fit vnū ſufficiēs
ad vnitatem enūciatōnis. Ad oīa ſīl regritur
q̄ non oz ex pluribus ſubis vel pluribꝰ ꝑdi
cati fieri vnū eēntialiter ꝛ quiditatiue. ſed ſuf
ficit q̄ vnum ſe hēat vt potētia ꝛ alius vt actꝰ
eius. ꝛ ex ipīs fiet vnū ſicut ex deteriatione et
determinabili ꝛ ſic de alys.

Secūdo dubitatur. Utrū ex coniūctis
ꝑdicatis ſemꝑ liceat inferre ip
ſa ꝑdicata diuiſa. ¶ Ad dubiuz reſpondet ari
ſtoteles in tertia parte huius capituli ponens
talem concluſionem. ſ. q̄ ex coniunctis licet ī
inferre diuiſa duobus caſibus demptis ſicut
bene ſequitur quidam homo eſt homo albus
ergo quidam homo eſt homo ꝛ ē albus. Unde
p̄im⁹ caſus impediens hꝰ ꝺnām eſt quando ē

repugnãtia in adiecto. quia non ſequtur. adam eſt homo. et eſt mortuus. ergo adã eſt hõ mortuus. ¶ Et ad cognoſcẽdũ quãdo erit ꝛpugnãtia in adiecto dat ariſtoteles tria exẽpla. ⁊ primũ exẽplũ. quãdo ꝯtradictoriũ determiabil' predicatur de apposita determiatiõe. ſicut dicendo homo mortuꝰ eſt nõ homo. zᵐ exẽplũ. quãdo ꝓpõ fit falſa ꝓpter ꝟ ꝙ talis determiatõ additur determiabili. ita ꝙ ipſũ determiabile non poteſt predicari de ſeipſo cũ additõe talis determiatiõis. vt ꝟ eſt falſa: hõ mortuꝰ eſt hõ. Tertiũ. quãdo loco determiationis vel determinabilis ponit' ſua diffinitio. ita ꝙ ſi diffinitõ determiationis repugnet determiabili. vel diffinitio determiabilis repugnet determiatiõi: tunc eſt repugnãtia in adiecto. ¶ Secũdꝰ caſꝰ ꝑdiẽs hꝫ ꝟſequẽtiã eſt quãdo alterꝫ predicatoꝫ cõiunctoꝫ ineſt alteri ſecũdũ accñs. tunc nũq̃ ex cõiũctis licet inferre diuiſũ. vt nõ ſegtur. ariſtoteles viuit vt artiſta. ḡ ariſto. viuit ⁊ eſt artiſta. nec ẽt ſeq̃: chymera ẽ ens opinabile. ḡ chymera eſt. ⁊ eſt ens. quia ens nõ denotatur eſſe chymere ſimplr. ſed ſcõm accñs ſiue ſecũdũ qd inquãtũ ſcilicet ipſũ ens eſt opinabile. quia opinio nõ ſolũ eſt eius quod eſt: ſz ẽt huiꝰ qõ non eſt. ¶ Dicit' inſuper ⁊ vltra textuz ꝙ illa predicata dicũt' ſe habere per accñs ad aliquod tertiũ que ex equo reſpiciũt illud tertiũ et nõ vnũ per alterũ. Et ex oppoſito illa ꝑdicata dicũtur ſe habere per ſe ad aliqõ tertiũ quãdo ñ ex equo reſpiciũt illud tertiũ: ſz vnũ ineſt illi tertio per reliquũ. ſic ꝙ zᵐ ſe habet ad primũ ſicut determiatõ ad ſuũ determiabile.

Tertio Dubitatur. vtrũ bene ſequatur ſortes eſt hõ mortuꝰ. ergo ſortes eſt hõ. ¶ Rñdet' per duas diſtinctiões. ⁊ duo dicta. ⁊ prĩa diſtictio ẽ hec. mortuũ põt capi dupliciter. vno mõ ꝓuatiue vt ſcilz ꝙ portat ꝓuatõnẽ vite in ſubiecto vel i corpore quod prius habuit vitã. ſicut ꝓportionabiliter cecꝰ dicit' ꝙ portat' priuationẽ viſus in oculo ꝙ prius habuit viſũ. et ſic eſt determiatio diminuẽs de rõne hominis. nec põt verificari de boĩe aut aliq̃ toto aiali. ſed ſolũ de corpore ꝓuato aĩma. ſicut ẽ cadauer mortuũ. Alio mõ capitur mortuũ vt ẽ participiũ preteriti tẽporis deſcẽdẽs ab hoc ꝟbo morioꝛ moreris. et ſic ãpliat terminũ cõmunẽ precedẽtẽ ad ſupponẽdũ pro pñtibꝰ vel preteritis. nec eſt plus determiatio diminuẽs. nec ẽt alia principia preteriti tẽporis. et vt ſic captũ ñ eſt verificabile de corpore ꝓuato vita ſed õ toto animali cõpoſito ex aĩa et corpore. Sed ꝙ ſic poſſit accipi patet dupliciter. qz hec ꝓpõ cõiter cõcedit'. ſcz aliqs hõ eſt mortuꝰ. ſi ergo illõ predicatũ mortuꝰ diminueret de rõne hominis tunc inferret cõtradictoriũ hois cui additur. ⁊ ſic ſequeret' ꝙ aliquis hõ eſſet nõ hõ. qõ implicat cõtradictionẽ. ꝟña poſſet cõfirmari a ſimili de iſta: vidẽs eſt cecꝰ. ad quã ſequit' vidẽs eſt non vidẽs. zᵒ patet idẽ. qz hec ꝟcedit': ceſar eſt mortuus. aut ergo ceſar accipit' pro aggregato ex aĩa et corpore. et ſic habet' intẽtũ. aut ꝙ corpore tãtũ. ⁊ hoc nõ. cũ corpꝰ eius nõ ſit nũc Secũda diſtictio ẽ hec. hõ mortuꝰ poteſt capi dupliciter. vnoᵒ pro hũanitate reſultãte ex vnione aĩe cũ corpore. q̃ de ſe abſtrahit ab eſſe exiſtẽtie et ab oĩbꝰ accñtibꝰ que accidẽt aliq̃ ſe habẽt ad viuere ⁊ ad mori. Alioᵒ capit' hõ mortuus equoce. ſcz pro altera prẽ cõpoſiti. vtputa pro corpore in q̃ fuit vita. ¶ Primũ dictũ. capiẽdo mortuũ ꝓmoᵒ et hoĩnẽ mortuũ ſi cũdo mõ. hec ꝟña nõ valet: ſortes ẽ hõ mortuꝰ. ergo ſortes eſt hõ. patz. quia ibi ẽ repugnãtia i adiecto. Et ꝟfirmat'. qz ſicut dolabra ablata ei' forma non ẽ dolabra niſi equoce: ſic hõ mortuus captꝰ pro corpore ſeparato ab aĩa eius: nõ ẽ hõ niſi equoce. zᵐ dictũ. capiẽdo mortuũ ſecũdo mõ. et hoĩem mortuũ ꝓmoᵒ predicta ꝟña ẽ bona. patz. qz bñ ſeq̃t': ſortes ẽ hõ mortuꝰ. ḡ ſortes fuit hõ. qz nihil eſt hõ mortuꝰ niſi prius fuerit hõ. vltra bene ſeq̃t' ſortes fuit hõ. ergo ſortes ẽ hõ. ergo de primo ad vltimũ bene ſegtur: ſortes eſt hõ mortuꝰ. ergo ſortes eſt hõ. zᵒ ꝟña patet. quia in ꝓpõnibꝰ que ſũt perpetue veritat'. a propõe de preterito ad ꝓpõnẽ de pñti. et cõ vel a ꝓpõne de preſenti ad ꝓpõnẽ de futuro. et cõ ſemp eſt bona ꝟña. ſicut bñ ſeq̃t'. deꝰ fuit. ergo deꝰ eſt et deus erit.

Ad rões Ante oppoſitũ dicitur ꝙ ſolute ſunt ex declaratis in primo nõbili.



Queritur Utrũ ad habẽdũ cõtradictionẽ in modalibꝰ neceſſe ſit ⁊ ſufficiat ponere negationẽ ad modũ. ¶ Et arguit' ꝓ ꝟa ſuppoſitũ. ſcz ꝙ nulla ſit propõ modalis. quia vel ipſa eſt categorica vel ypothetica. a ſufficiẽti diuiſiõe. ſed non eſt ypothetica. cũ nõ cõplectat' plures ⁊ categoricas tãq̃ partes principales ſui. nec etiã categorica. cũ ĩ ea

sint plures copule. ḡ nulla erit ꝓpō modalis. ¶ Secūdo arguit̄ sic. iste due nō sunt cōtradictorie. aīal esse hoīem est possibile: ⁊ aīal nō eē hoīnē est possibile. cū possint eē simul v̄e. et tñ in vna earum modus negat̄. ergo ad dādū cōtradictionez nō sufficit mod⁹ negari. Et cōfirmat̄. quia iste due ɔtradicūt. sortē neče est currere. sortē possibile ē nō currere. et tñ i neutra negat̄ modus. ḡ ad dādū ɔtradictionē in modalib⁹ nō sufficit modus negari. ¶ Tertio sic. si sufficeret negationē poni ad modū iste essēt ɔtradictorie. sortē currere ē neče. ⁊ sortē currere nō est neče. sed ꝫ est falsū. ḡ ⁊c. mīor pz. qꝛ si sic: vna cōtradictoriaꝝ seq̄ret̄ ad aliā. nā bene seqtur. sortē currere est neče. ḡ sortē currere ē possibile. vt dicit̄ i textu. et vltra bñ seqt̄. sortē currere ē possibile. ḡ sortē currere ē cōtigēs qꝛ possibile ⁊ cōtingēs ɔuertūt̄. et vltra bñ sequitur. sortē currere ē cōtigēs. ḡ sortē currere nō est neče. ꝑ cōuersionē i oppositā qualitatē. ergo de prīo ad vltimū bñ seqt̄. sortē currere est necesse. ḡ sortē currere nō est neče. et ꝑ ɔñs nō sunt adiuicē ɔtradictorie. ¶ In op^m ē arist.

Primo Sciēdū est ꝙ et oēs logici. pro d̄claratiōe t̄mīoꝝ ponūtur due distictiōes. ⁊ tria dicta. Prīa distictio ē ꝫ. ꝓpō modalis ē duplex. q̄dā ē modalis cōposita in q̄ scz modus determīat totū dictū videlz totū aggregatū ex subō ⁊ p̄dicato dicti. vt sortē currere ē possibile. q̄ eqpollet huic. talis propositio. s. sortes currit: ē possibilis. Alia ē ꝓpositio modalis dīsa cui⁹ modus nō det̄mīat totaz cōpositionē dicti. sed d̄termīat copulā dicti et res significatas ꝑ subiectū ⁊ p̄dicatū dicti. Secūda distictio ē ꝫ. ꝓpōes modales dīse sūt duplices q̄dā sūt in qbus ponit̄ idē modus. Alie sūt in qbus ponit̄ ali⁹ ⁊ ali⁹ modus. Primū dictū. sicut in ꝓpōnib⁹ de ineē se hñt signa vl̄ia: vel particularia q̄ ad oppōnes ⁊ eqpollentias sumēdas: ita proportiōabilit̄ se habēt modi in modalibus. patz. qꝛ sicut in illis de ineē signa vniuersalia vel ꝑticularia significāt diuersas acceptōnes sub̄i pro oīb⁹ suis suppositis copulatie vel disiūctiue. sic etiā i modalib⁹ modi significant diuersā acceptionē extremoꝝ ꝓ oī tēpore copulatie vel disiūctie. ergo sic̄ in illis de inesse sumit̄ oppō et eqpollētia nō soluz ex parte dispositiōis copule penes affirmationē vel negationē sed etiā ex parte dispōnis subiecti. que vocat̄ quātitas suppositoꝝ. sic etiā in modalib⁹ oppositio vel equipollentia non solū est sumēda ex parte affirmationis vel negationis copule: sed ex parte quantitatis tēporis importati per modū. Secundū dictū. sicut ad habēdū cōtradictionē in illis de inesse que sūt d̄ diuersis signis sufficit negationē ferri ad copulam precise: sic ad habēdū cōtradictionem in modalibus de diuersis modis sufficit negationē ferri ad copulā dicti. Prīa pars dicti patet. quia iste cōtradicūt: omnis hō est alb⁹. quidam hō non est albus. et tamen in neutra eaꝝ negatur signū: sed tantū copula verbalis. Secunda pars patet per primū dictū. patet etiaz aliunde. quia iste cōtradicūt: omnē hominem necesse est esse albū. quendā hominē possibile est nō esse albū. cum sint in lineis cōtradicentibus. et tamen in neutra negat̄ modus. sed solū copula dicti. Tertiū dictū. sicut in illis de īesse de eodem signo non habet̄ cōtradictoria nisi simul negetur modus et copula: sic in modalibus de eodē modo nō habet̄ cōtradictoria nisi simul neget̄ mod⁹ et copula dicti. Prima pars patet. per primā regulam eqpollētiarum. in qua dicitur ꝙ negatio preposita signo eqpollet suo cōtradictorio. ergo ad habēdum cōtradictoriā de eodē signo oportet ꝙ neget̄ signū. Et ɔfirmat̄ per aristotelē in prīo huius vbi vult ꝙ iste due indefinite diuerse qualitatis hō est albus. hō nō est albus: non contradcūt eo ꝙ simul stāt in veritate. ergo videtur ꝙ non necesse sit quātitatē subiecti negari ad dādū cōtradictoriā affirmatiue sibi preponendo negationē. vt dicēdo nō homo est alb⁹. Scd̄a pars patet. qꝛ isti ꝓpōni: oēm hoīem necesse ē esse albū: cōtradicit ista: quēdā hoīem non necesse est esse albū. et nulla alia videtur sibi opponi cōtradictorie. ḡ ⁊c. Et confirmat̄ per aristotelē vbi vult ꝙ huius possibile est ābulare: negatio nō est ista. possibile ē non ābulare: sed ista. non possibile est ābulare: in qua mod⁹ negatur. ergo ad ɔtradicendū in talibus necesse

Secūdo Sciēdū est modus negari. est ꝙ in hoc tractatu determinat aristoteles de oppositionibus et eqpollentys propositionū modaliū. et cōtinet tria capitula. In quoꝝ primo determinat de oppositōne propositionū modaliū. et cōtinet tres ɔclusiones. ¶ Prima cōclusio tangit intentū. ⁊ est hec. determinatis de his scilicet oppōnibus ⁊ cōsequentys ꝓpositionū de inesse: nunc ꝑspi-

endū est quo modo se habēt affirmatōes ad
inuicē in propositionibus modalib⁹. Cui⁹ ratō
est. quia tales ꝓpōnes habēt aliquas dubitati
ones alias ab his que sūt in propositionib⁹ de
inesse in quib⁹ nō ponitur aliqs modus. ¶ Se
cunda conclusio tangit vnā questionē. vtrum
scilicet ad dādū contradictionē in modalibus
sufficiat negationē ferri ad verbū. idest ad co
pulā. sic ꝙ modus nō negef. Et primo probat
ꝙ sic. quia contradictio est oppositio formalis
ergo videtur ꝙ similiter sit sumenda in oibus
enūciationibus. sed in propositionibus de in
esse contradictio fit ferēdo negationē ad ver
bum. ergo similiter ī modalib⁹ sumitur cōtra
dictio per negationē latā ad verbuz. maiorem
probat. primo in propositionib⁹ in quibus po
nitur hoc verbū est. vt istius affirmatiōis ho
mo est: negatio est ista. nō est homo. non autez
ista: non homo est. Similiter istius affirmatio
nis que est homo albus. negatio est ista: nō est
homo albus. et non est hec: ē non albus homo
quia si ista: est non albus hō sit negatio illi⁹ af
firmationis: est albus homo. tunc sequeretur
ꝙ si ista sit falsa: lignū est homo albus. ista erit
vera. lignū est homo non albus. cōsequētia te
net. quia de quolibet affirmatio vel negatō ve
ra: et de nullo ambo simul. sed consequēs ē fal
sum. imo sunt simul falsē. ergo iste non contra
dicunt. lignū est homo albus. lignū est homo
non albus. ¶ Consequēter declarat predictaz
minorē in propositionibus in quibus ponitur
aliud verbum ab hoc verbo est. quia istius af
firmationis ābulat homo: cōtradictoria ñ est
ābulat non homo. quia nihil refert dicere ho
minem ābulare. et hominē ambulantem esse
nec etiam ābulat homo. et est ābulans homo
ideo videtur ꝙ similiter sumatur negatio vni
us. sicut et alterius. scilicz ferendo negationē
ad verbū. Consequenter arguit aristoteles ad
partē negatiuā q̄stiōis. qz si ꝯtradictio sit ī mo
dalibus sumēda ferendo negationē ad vbuz:
seq̄retur ꝙ ꝯtradictorie essēt simł ve. cōseq̄ns
est ipossibile. ergo et illud ex quo sequit. ꝟña
patet. qz si sufficeret negationē ferri ad modū
tunc iste essēt ꝯtradictorie. possibile est eē. pos
sibile est nō esse. possibile est ābulare. possibile
est nō ābulare. et similiter iste. possibile ē diui
di. possibile est nō diuidi. et tamē sunt simł ve
re. quia illud quod est possibile cū sit ad vtrū
lib et nō est semper actu. ideo tunc potest sibi
ꝯpetere negatio actus. et sic quicquid est ābu
labile potest nō ābulare. et quod est diuisibile
potest non diuidi. ergo iste erunt sil vere. pos
sibile est esse. possibile est non esse. et per conse
quens nō sufficit ad cōtradicendū in modali
bus negationē ferri ad verbū. ¶ Tertia con
clusio determinate respōdet ad questionē pri⁹
motā. et est hec. ad sumendū contradictoriā ī
modalibus necesse est modū negari. ꝓbatz du
abus rationibus. ꝓzima ratio est ista. quia ad
contradicēdū in modalibus opoꝛtz dicere ne
gationem ferri ad modū. vel dicere ꝯtradicto
rias simul stare in veritate. sz ista secūda pars
est ipossibilis. ergo prima pars est eligenda. in
qua dicitur ꝙ opoꝛtet modū negari. ita ꝙ isti⁹
affirmationis possibile est esse. negatio est ista
nō possibile est esse. ꝛ similiꝛ dicēdū est de ꝟī
genti necessa⁹ et ipossibili. Secūda ratō est ħ.
sicut se habēt esse ꝛ nō esse in illis de inesse: ita
se habet modus in modalib⁹. sz in illis de ineē
esse et non esse sūt oppōnes. idest copule. ꝛ sub
iectū et p̄dicatū dicūf res subiecte. ergo simili
ter ī modalib⁹ modi erūt oppōnes. i. copule. ta
les eni modi nō sūt determiatōes subi vel p̄e
dicati. sed sūt oppōnes ꝺterminātes vitatē aut
falsitatē ꝓpositionū. sicut esse et non esse sunt
oppōnes determinātes veritatē aut falsitatē
ꝓpōnū de inesse. mō ad ꝯtradicēdū in illis de
inesse oz ista ꝟba esse ꝛ ñ esse negari. ḡ silr ī mo
dalibus ad sumēdū ꝯtradictionē opoꝛtet mo
dū negari. ꝓpatet p singlos modos. qz isti⁹ pos
sibile ē ñ esse: negatio ē ista. non possibile ē nō
esse. eius vero que est possibile ē esse: nega⁹ nō
est ħ. possibile est nō esse. quia vt patuit pñt sil
stare in veritate. et se inicē ꝯsequūf. idest inse
runt se mutuo p ꝺuersionē in oppositā qualita
tē. et hoc capiēdo possibile pro ꝯtigēti ad vtrū
libet. sz iste: possibile ē esse. possibile ē ñ esse. cō
tradicūt. nec sil stāt. ꝛ ꝺsimiliꝛ iste: possibile ē
nō esse. et non possibile est non esse. que nūq̄
sunt simul vere aut false. Similiter vltⁱ affir
matōis necessariū est esse: negatio nō ē ista: ne
cessariū est non esse. sz ē ista: ñ necessariū est eē
ꝛ similiꝛ isti⁹. necessariū ē nō esse. negatio ē ista
non necessariū est nō esse. Et similiter iste due
impossibile est esse. non impossibile est esse: cō
tradicunt. et similiter iste due: impossibile est
non esse. et non ipossibile est non esse. Ex qui
bus cōcludit aristoteles ꝙ vniuersaliter opoꝛ
tet dicere. ꝙ in propositionibus modalib⁹ esse

et nō esse se habent sicut res subiecte ad quas non est ferēda negatio ad habēdū cōtradictō nē. sed ē ferēda ad vnū tantū videlz ad modū ita q̄ modales in qua q̄ altera negatio fertur ad modū putāde sūt cōtradictorie. vt possibile nō possibile. cōtingēs nō contingēs. ipossibile nō ipossibile. necessariū non necessariuz. verū nō verū. Et in hoc inuit q̄ verū et falsū cō-

Tertio stituūt ꝓpōnē modalem.

Sciēdū est q̄ circa hūc textū ici dunt tres difficultates. ¶ Prīa est. vtrū ad cō tradictionē ꝓpōnū de inesse sufficiat addere negationē copule. Et videt q̄ sic. qz dicit arist. in textu q̄ isti⁹ affirmatiōis q̄ ē esse albū boiez negatio ꝛtradictoria ē ista: nō esse albū boinē. et similr isti⁹ affirmationis ābulat hō: negatio est nō ābulat hō. ¶ In oppositū argr ꝑ aristo. ꝑ bui⁹ in fine ꝑmi capituli tertꝫ tractat⁹ vbi dic. opponi autē affirmationē negationi dico contradictorie qz vniuersalr significat ei qō est nō vlr. vt ois hō albus est. nō ois homo alb⁹ est. g̃ negatio lata ad copulā nō sufficit ad ꝛdictōnē. ¶ Rñdet per distictionē. quia duplex ē ꝓpositio de inesse. q̄dā ē ꝓpō singular] que ē de subiecto singulari. et ad cōtradictionē in talibus sufficit negationē ferri ad copulā. vt iste ꝛtradicūt. sortes currit. sortes nō currit. Alie sūt ꝓpositiōes de subo cōi. Et ad ꝛtradicēdū in talibus duo regrūtur. ꝑ. disparitas quātitat] subita q̄ in vna subiectū teneat vlr. z alia ꝑticulariter. zo regrit disparitas copule penes affirmationē z negationē. Et ad aristo. in textu rñdetur q̄ nō vult tales opponi ꝛtradictorie. sz tantū itēdit q̄ negatio nō facit ꝛdictionē nisi addat copule. nō aūt qñ addr alicui extrēo ꝓpōnis. ¶ Zª difficultas. vtrā ꝓpōes modales i quib⁹ negatio postponit mō sint aliquo⁹ repugnātes. z aduicē opposite. Et argr q̄ nō. qz tales pñt sil ee ve vt ꝑbat aristo. de istis ꝓpōib⁹ possibile ē ābulare. possibile ē nō ābulare. possibile ē diuidi. possibile ē nō didi. ¶ Rñdet ꝑ tria dicta. Prīmū. ꝓpōes modales ō diuersis modis. scz ō nec⁹ possibili z ipossibili i q̄b⁹ ne⁹ postponit mō ꝛdicūt. nec pñt sil stare i vitate. zm dictū. ꝓpōes modales ō eodē mō scz de necessario vl ipossibili i q̄ altera postponit ne⁹ mō repugnāt i vitate. pñt ei sil esse falsē. pz. qz sūt ꝛrie. vt nece ē ee. nece ē ñ ee. ipossibile esse ipossibile nō ee. zm dictū. ꝓpōnes de possibili vel ꝛtigēti in q̄bus ne⁹ solū ferr ad vbū nō repugnāt in vitate sed bñ in falsitate. pz. qz sunt subcōtrarie. vt possibile est esse possibile ē nō esse. ꝛtigēs esse cōtingēs non esse. et de illis tā tū locut⁹ ē aristo. cū dic. ꝓpōnes modales i q̄bus negatio ponit ad vbū nō ꝛtradicere sz sil stare i vitate. ¶ Tertia difficultas. vtrū istud vbū infiniti modi esse se teneat i modalib⁹ ex parte subiecti. vl ex pte copule. Et videt q̄ ex parte subi. ꝑ aristo. q̄ dicit vlr ei q̄ admodū dictū est esse quidē z nō esse oportz ponere q̄ad modū subiecta. ¶ Rñdet ꝑ duo dicta. Prīm ē q̄ ad similitudinē materie q̄ subicit forme subiectū et ꝑdicatū q̄ sūt māle in ꝓpōe dicūt res subiecte. z ad silitudinē forme q̄ opponit. i. ad uenit materie copule ꝓpōnū dicūt esse per se oppōnes. Et quo patz q̄ per rē subiectā aristo. nō itellexit subm z etiā ꝑdicatū māle. qō patz cū dicit. subiecte vo res hoc qdē albū ꝑ qō itelligit ꝑdicatū māle illud vo hō. per qō itelligit subm. vt sat] haberi pōt ex suis exēplis prīo dictis. zm dictū. esse z nō ee non sūt subiecta nec se tenēt ex parte subiecti sed ex parte copule. patet. quia nihil quod est vnitiuū extremoruz ꝓpositōnis est subiectū vel se tenēs ex pte subiecti. sed hoc verbū infinitiui modi esse est vnitiuū extremoꝝ ꝓpositionis modalis. vt iferius patebit. ergo non est subiectū nec se tenz ex parte subiecti. Et ad aristo. respondet q̄ solū voluit dicere q̄ in modalib⁹ esse et non esse habēt similitudinē cū rebus subiect] quia sic negatio addita rei subiecte. idest subo vel predicato materiali in illis de inesse nō facit ꝛtradictionē nisi simul feratur ad copulā. sic etiaz in modalibus negatio lata ad verbuz ꝓcise sic q̄ non ad modū non facit contradictionez Et illa similitudo patet in textu. cum dicitur: esse quidē et non esse oportet ponere q̄ad modū subiecta. idest ad similitudinē rei subiecte negationē vero et affirmationē hoc facientez scilicz cōtradictōnē oportet opponere ad vnū idest tātūmodo ad modū. quasi dicat. ex quo ex parte de ly esse vel non esse non sumitur affirmatio vel negatio in modalibus. ideo esse z non esse se habebunt tanq̄ res subiecte. Et qz ex parte modi sumitur affirmatio vel negatio ideo modus dicitur copula.

Conclusio Rūsalis. ad cognoscendū ꝛdictionē i modalibz q̄ sūt de eodē mō nō sufficit negationē ferri ad vbū sz regrit mod⁹ negari. Dec⁹ sat] pz ex dict].

Primo dubitaꝫ. Utrū ꝓpōnes de impossibili ⁊ necessario sequantꝫ ꝯtradictorie ad ꝓpōes de possibili ⁊ cōtingēti ꝓ declaratione terminoꝝ ꝑ premittit vnū dictū: q illa ꝓpō dr̄ seq cōtradictorie ad aliā que fuit sibi eqpollēs per negationē ꝓpositā mō. i. modo dissiliter se habēte. sed illa ꝓpō dicit seq ꝯrie ad aliā q̄ sit sibi eqpollēs p negationē latā ad verbū tm̄. illa vo dicit ad aliam sequi cōtrarie ⁊ contradictorie que fit sibi eqpollēs per negatōnē ꝓpositā ⁊ postpositā mō. hoc supposito negatiue. Rñdet aristo. ad dubiū in. 2. c. huius tractat⁹ in quo determinat ō equipollētys ⁊ ꝯsequentys modaliū. ⁊ ꝯtinet q̄tuor ꝯclones. Quaꝝ prima tāgit ordinē ꝓpōnum modaliū ꝑm antiquos: ⁊ est hec. antiqui posuerunt istas ꝓpōnes se inuicē ꝯsequi ⁊ equipollere per primā lineā. s. possibile ē eē. ꝯtingēs ē eē. nō ipossibile ē eē. ⁊ nō necīo ē eē. sed in secunda linea posuerūt istas equipollere. s. possibile ē nō eē. ꝯtingēs ē nō eē. nō ipossibile ē nō eē. ⁊ nō necium ē nō eē. In tertia vo linea posuerūt istas. nō possibile ē eē. nō cōtingēs ē eē. ipossibile ē eē. ⁊ neče ē nō eē. In quarta posuerunt istas equipollere. s. nō possibile ē nō eē. nō ꝯtingēs ē nō eē. impossibile ē nō eē. ⁊ neče ē eē. Et addit aristo. q iste ordo pōt clare patere describēdo figurā q̄drangularē. ¶ Scōa cōclo ondit in quo bñ dixerunt antiqui. et est hec. Ad non impossibile sequunt cōtradictorie. i. modo dissimiliter se habēte ad possibile ⁊ ad contingens: ⁊ ad nō possibile ⁊ nō ꝯtingēs: sicut bñ dixerūt antiq. Et hoc est intelligēdū referendo singula singulis. ita q ad ipossibile sequatur non possibile ⁊ nō ꝯtingens. ⁊ ad nō ipossibile sequit possibile ⁊ cōtingēs. ita q ad negationē de ipossibili segtur negatia de possibili: ⁊ econuerso. ¶ Tertia ꝯclusio ondit i q̄ defecerūt antiq: que est hec. antiqui male ordinauerūt ꝓpōnes de necessario in prima et secūda lineis. patet quatuor rōibus. Prima ratio est ista. q nō neče eē ⁊ possibile eē nō eq pollēt. ⁊ tamē eas ordinauerūt in prima linea Añcedēs p3: q necesse nō eē. ⁊ possibile eē opponūt ꝯtradictorie. ergo iste nō equipollent. possibile esse. ⁊ non necesse esse. Secūda rō. propōnes primi ⁊ terty ordinis ꝯtradicunt. s3 iste nō ꝯtradicūt. necesse non eē. et nō necesse esse. ergo in primo ordine non debēt poni ista non necesse esse: cum in tertio ordine ponaꝫ illa: necesse non esse. aliter due contradcōrie essent simul vere. quia iste due. necesse non eē ⁊ non necesse esse. sunt simul vere. Tertia ratio. necesse ⁊ impossibile opponunt contrarie ergo adinuicem equipollent contrarie. i. per negationē latā ad verbū dicti. et per ꝯns si in prima linea negetur impossibile ⁊ affirmatur dictū esse negabitur etiā necesse. ⁊ eius dictū Prima consequntia patet. quia iste equipollēt. necesse esse. impossibile non esse. ⁊ iste. impossibile esse. necesse non eē. Quarta ratio. si iste equipollent. impossibile esse. ⁊ non necesse eē tunc contradictorie sequerentur adinuicem. Coñs est impossibile. ergo ⁊ añcedēs. Coñtia patet. quia bene sequitur. necesse eē. ergo possibile esse. tunc si possibile esse sequatur. ergo non necesse esse. ergo de primo ad vltimū sequetur necesse esse. ergo non necesse esse. que sunt contradictorie. q autē necesse. sequatur possibile esse. patet. quia nisi sic tunc eius contradictoriū sequitur. i. simul stat. s. non possibile esse. ⁊ ad non possibile esse. sequitur impossibile eē. quod non potest stare cum necesse eē ¶ Quarta cōclusio ordinat predictas propositiones secūdū opinionē ꝓpriā: ⁊ est hec. Ad istā. possibile ē eē. segt̄ ista nō necesse ē nō eē. et sic non debent poni in eodem ordine. Conclusio patet duabus rōnibus. Prima ē. q ad possibile esse. non sequit̄ necesse eē. nec neče non eē: nec etiaz non neče eē. et tamen ad possibile eē. oportet seq aliquā de nēcio. ergo ad possibile eē. sequit̄ ista. non necesse est non eē Añcedens pro prima parte. p3 q̄ cum possibile eē. stat possibile non eē. sed quod est neče eē non est possibile non eē. ergo ad possibile eē. ñ sequit̄ neče eē. Secūda pars añtis p3. q̄ possibile eē. nō ē nō necesse eē. g̃ ad possibile eē. ñ segtur neče nō eē. Sz tertia pars añtis p3. s. q̄ non sequit̄. possibile eē g̃ necesse eē. probatū ē in q̄stione p̄cedēti. Scōa ratio ē ista. q̄ ad ñ possibile eē. sequit̄ impossibile eē. ⁊ necesse ñ eē. g̃ ad possibile eē. quod est ꝯdictoriuꝫ añtis sequit̄ nō ipossibile eē. ⁊ non necesse non eē. q̄ sunt ꝯdictoria ꝯntis. Hanc ꝯclonē non ꝓbat aristoteles. s3 posset ꝓbari: eo q̄ i terminis cōuertibilibus si ad añs sequit̄ aliquod ꝯns. tūc ad oppositū añtis sequitur oppositum ꝯntis.

Secundo dubitatur. Utrum ista propositio sit particularis negatiua. sortē possibile ē non eē. Et videt̄ q ñ. q

sua contradictoria ē negatiua. igitur ipsa ē affirmatiua. ꝯñtia tenet. qꝛ propōes cōtradictorie dñr eē diuerse qualitatis. Añs pꝫ per pħꝫ in textu. c. precedēti sic dicētē. eius vero que ē possibile nō eē. negatio ē. nō possibile ē non eē Ex qua auctoritate pꝫ istam eē negatiuā. non possibile ē nō eē. ⁊ per ꝯñs sua opposita erit affirmatiua. ¶ 2° sic. qꝛ sicut se hꝫ verbū in illis de ineesse. ita modus in modalib⁹. sed ī illis ꝺ ieē verbo non negato manet propō semꝑ affirmatiua. ḡ similiter in modalibus si modus nō negetur propositio erit affirmatiua. Et confirmatur. quia istius propositionis. sortem possibile est non esse. nec tota copula nec principalior pars copule negat̄. ḡ est affirmatiua. ꝯña tenet. qꝛ propositio denoiatur affirmatiua vl̄ negatiua ex parte copule. Añcedēs pꝫ pro prima parte. quia illius propōnis copula est hoc totū. possibile ē eē. mō illud totū nō negat̄. ḡ copula non negatur. Secunda pars pꝫ. quia modus est pricipalior pars copule: cū a modo denominetur propō modalis. Et tamē mod⁹ nō negatur ḡ propō nō ē negatiua. In opp^m tamē argr̄ qꝛ eius contradictoria ē affirmatīa igitur ipsa ē negatiua. tꝫ cōsequētia qꝛ due categorice cōtradictorie repugnant in veritate Añs pꝫ qꝛ sibi cōtradicit ista affirmatiua sortē necessario ē eē. Et confirmat̄ qꝛ ipsa eqpolet vni negatiue. s. isti sortē nō necesse ē eē. Ad dubiū rñdet̄ ponēdo vnā distinctionē ⁊ duo dcā Distinctio ē hec. Quātitas ꝓpōnū pōt attēdi penes tria. Prio mō ex ꝑte toti⁹: et sic oīs materialis pōt dici modalis. Alio mō ex ꝑte subiecti dicti. ⁊ tūc ꝓpō modalis ē eiusd̄ q̄ꝫtitatis cū sua preiacēte. vocat̄ enī p̄iacēs propō correspōdēs dicto. Tertio pōt attēdi q̄ꝫtitas ex ꝑte modi. et sic oēs propōes modales dñr eē vl̄es vel particulares. qꝛ oēs de contingēti vel possibili sūt ꝑticulares ex parte modi. Et oēs de necessario ⁊ īpossibili sūt vl̄es ex parte modi. Ex qua distinctōne elicit̄ tale documētū. quo ad oppōnē vel eqpolētiā modaliū oꝫ attēdere nō solū ad q̄ꝫtitatē modi: sꝫ ad q̄ꝫtitatē mōi et subiecti dicti simul. qꝛ iste nō contradicunt simpl̄r. quoddā aīal necesse est eē hoīem: ⁊ q̄ddā aīal possibile ē non eē hoīem. sed si varieṫ q̄ꝫtitas subiecti dicti erūt simpl̄r ꝯtradictorie Primū dictū. Ista propositio sortē possibile ē non eē ē singularis ex parte subiecti dicti: ⁊ ꝑticularis ex ꝑte modi. Scd̄ꝫ dictū ꝙ ipa ē simpliciter negatiua. pꝫ qꝛ pricipalior pars copl̄e negat̄: puta ħ vbū eē. ergo ipsa ē negatiua. ꝙ aūt iste infinitiu⁹ eē sit p̄ncipalior pars copl̄e pꝫ. qꝛ illud ē pricipalior pars copl̄e scd̄m cui⁹ exigētiā grāmaticalit̄ ordinant̄ extrema propositionis. sed extrema isti⁹ propositionis ordinant̄ scd̄m huius verbi exigentiā infinitiui modi eē. Nā subm̄ ponit̄ in accusatiuo ut possit sibi reddere suppositū: et p̄dicatū inclusuꝫ ī ipso īfinitiuo sil̄r ponit̄ in actō: ut possit construi cū isto īfinitiuo eē. ⁊c. Aliqui tamē rñdēt per distictionē qꝛ ista propositio potest dupl̄r ꝯsiderari. vno modo inq̄ꝫtū ē ꝓpositio cathegorica ⁊ sic ē negatīa. Alio modo potest ꝯsiderari inq̄ꝫtū ē modalis. et sic est affirmatiua eo ꝙ modus non negat̄. Tamē rñsio prior videtur melior. eo ꝙ affirmatio uel negatio ꝯueīt ꝓpositioni inq̄ꝫtū modalis. Et ad rationes factas añ oppo^m. Ad primā ꝺr ꝙ Aristoteles ꝑ negationē intellexit ꝯtradictoriā. Ad secūdā patuit ꝙ nō ē oīno dissimile. Ad t̄tiā ꝯceditur ꝙ tota copula non negat̄: sed pars pricipalior. ⁊ ħ sufficit. Et licet propositio denominetur modalis a modo. non tñ sequitur ꝙ mod⁹ sit principalior pars copule: qꝛ non semper fit denominatio a principali.

Primo sciēdū ē q ꝑ declaratōe termi noꝝ ponunt tres difficultates ꝓma ē. exquo cuilibet sillo⁹ ꝓpetit diffinitio sillogismi simplr q̄re dr aligs impfcūs. ℟nr p distinctionē. qz sillogismi duplex est ꝑfectio Quedā ē ꝑfectio eēntialis q̄ ꝯsistit i debita dispōne z ordinatōe triū terminoꝝ z duaꝝ ꝓpōnū. z in tali ꝑfcōe glibet sillo⁹ cuiuscūq; figur ē perfcūs. Alia ē accn̄talis q̄ ꝯsistit i euidēti illatōe ꝯclōis. q̄ euidētia ꝓuenit sillo⁹. eo q ꝫmediate regulat ꝑ dici ō oi si sit affirmatiu⁹ aut dici de nullo si sit negatiu⁹. z i tali ꝑfcōe accn̄tali dr sillogismi ꝑme figure eē perfci. sillogismi scōe z tertie figuraꝝ dr imperfci. q vt perficiāt idigēt reductōe ad sillos siue mos ꝑme figure. vñ reducere sillos imperfcos ad ꝑfcos ē ostendere euidētē illationē neciaz vni⁹ sillogismi q ē euidēs ꝑ aliā neciā illationē q̄ ē euidēs. ¶ Scōa difficultas. qd ē sillm regulari ꝑ dici de oī. aut dici de nullo. ℟nr q ē tres terminos i debita forma sillogistica formalr ordinare scōz exigētiā maioris i q̄ ē dici de oī aut dici de nullo. ¶ Tertia difficultas. q̄re dici de oi z dici ō nullo dr eē ꝓncipia regulatiua sillogismoꝝ. ℟nr per duo dcā. Primū ē istud. nullus sillo⁹ ē bon⁹ nisi regulet ꝑ dici de oi si sit affirmatiu⁹. vel dici ō nullo si sit negatiu⁹. sed dr̄nter. qz sillogismi ꝓme figure imediate regulant ꝑ hoc ꝓncipia. sed sillogismi scōe et tertie figuraꝝ cū sint imperfci solū regulāt idirecte z mediate. s. p⁹ reductionē ipsoꝝ ad modos ꝓme figure. ¶ Scōz dictū. ista ozō. dici de oī circūlogt nobis vnā ꝓpōnez verā maximā z euidētē. s. istā. q.cqd dr de ſbo distributo dr de q̄lz ꝫtēto sub eo. per quā maximā regulant oēs sillogismi affirmatiui. vt sigs neget ꝫnaz factā i barbara pōt sic ꝓbari. qz qcqd dr ō ſbo distributo dr ō q̄lz ꝫtēto sub eo. sz i barbara maior extremitas dr ō medio distributo i maiore ꝓpōe. g̃ dicet ō q̄lz ꝫtēto sub eo. mō minor extremitas ē qōdā suppositū medy. g̃ i ꝯclōe maior extremitas dicet ō minori. z silr posset dici ō oīb⁹ alys ꝫntys affirmatiuis. Cōsilr z ista ozō ꝑfcā dici ō nullo egpollet isti axiem. qcqd remouet ab aliquo ſbo distributo illō idē remouet a quolz ꝫtēto sub eo. scōm quā maximā regulāt oēs sillogismi negatiui vt faciliter patere potest intuenti.

Secundo sciēdū ē q in tertio. c. determiat aristo. ō ꝓcipys regulatiuis sillōꝝ q̄ sūt dici ō oi z dici ō nullo. Et ītēdit duas ꝯclōes. ꝓma ē. B. alterū eē i altero toto. z altez ꝓdicari ō altero ostēdēdū ē vniuersaliter. B ē dici ō oi z eē i toto sūt idē. iō suffic̄ diffinire altez illoꝝ. ¶ Cz⁹ ꝯtāgit diffōez ei⁹ q̄ ē dici ō oi z B. dicim⁹. n. ō oi ꝑdicari q̄n nihil ē sumere ſbō ſbo ō quo altez. s. ꝑdicatū n dicat. Et addit q ſilr ꝑt accipi diffi⁹ h⁹ qō ē dici ō nullo: z ē q̄n nihil ē sumere sub ſbo ſbi a q̄ n remoueat ꝑdicatū. Et dic̄ egidi⁹ q aristo. dic̄ ſbi z n sub ſbo vt ꝯphēdat tā partes ſbiuas q̄ partes itegrales: qz lz partes ſbiue posite sint sub ipō toto qō ē qōdā ſbm: tn̄ ptes integrales i ꝑpōe dr̄ eē sub suo toto tāq̄ sub ſbo. vtreq; tn̄ ptes sūt toti⁹ vt ſbi. ¶ Et si dicat i hac ꝑpōe soz. currit. nihil ē sumere sub ſbo ō q̄ n dicat ꝑ dicatū: eo q sub soz. nullū sit īteri⁹. z tn̄ ibi n ē dici ō oi. g̃ z̄c. ℟nr q ista diffi⁹ n̄ dz itelligi pur negatiu sz egpollet isti affirmatie. dici ō oi ē ꝑ pō vlis. i q̄ ꝑdicatū denōt accn̄talit ꝓuēire cuilibz suppōsito ſbi. Et similit exponi posz dif⁹ ei⁹ qō ē dici ō nullo. sic scz. Dici ō nullo ē ꝑpō vlis negatiua in qua ꝑdicatū denotat accidētaliter remoueri a quolibet suppōsito ſbi.

Tertio nōndū q circa hūc tex. icidūt. 3. difficultates. ℟ma ē. vtrū dici ō oi. z eē i toto sint ꝑcise sinoma. ℟nr q lz sint iō fm rē tn̄ dr̄nt scōz rōez: q̄re n̄ sūt sinoma. nā eē i toto ē ꝓdio reua ſbi i ordine ad ꝑdicatū. qz ꝑdicatū ꝓtinet totū sic supi⁹ suū i ferio. sz dici ō oi ē ꝓdi⁹ respciua ꝑdicati i ordie ad ſbz. qz. s. ꝑdicatū dr ō oīb⁹ suppositis ſbi ¶ Cza difficultas. vtz i hac ꝑpōe. hō ē al. sit dici ō oi. z videt q sic. qz ꝑdicatū dr ve ō q̄lz suppoio ſbi. g̃ z̄c. ¶ Jn opm tn̄ arr. qz ꝑdicatū n denōt accn̄ ieē cuilz suppo ſbi. g̃. ℟nr ꝑ vnā distictiōez. q duplex ē dici ō oi. qōdā ē ꝓpositicū. z ē ꝑdicatū dici auc ō ꝑdicato distributo. vt hō ē aial. Aliud ē dici de oi posterioristicū. qō ē ꝑdicatū affirmari ō ſbo ꝑ q̄libet ei⁹ suppōsito z ꝑ q̄libet tpe. sicut in q̄libz ꝓpositione directa i mā nāli. Tūc dr̄ q i hac ꝑpōe. hō ē aial. ē dici ō oi posterioristicū. z nō dici de oi ꝓpositicū. ¶ Cza difficultas. q̄lr ꝓuēiūt z dr̄n̄t dici de oi posterioricum z dici ō oi ꝓpocas

Rñr ꝙ duplr cõueniunt ⁊ triplr dñnt. Cõueniũt primo qz reperiũt in eadẽ ꝓpõe. vt pz in ista. oĩs hõ ẽ aĩal. ibi enim ẽ dici de oi prioristicũ eo ꝙ pdicatũ dr affirmatie de ſbo distributo. ⁊ ẽt dici de oi posterioristicũ ꝙ tñ nõ inuẽitur in sua cõuertẽte. qz pdicatũ dr ve ⁊ affirue de subo ꝓ qlibet suppoſito ⁊ ꝓ quolibet tẽpore. 2o cueniũt qz qñqz in ꝓpõne conditionali repit dici ð oi posterioristicũ vel poristicũ qð tñ nõ inuẽitur in sua conuertẽte. sicut i ista. hõ ẽ aĩal. ẽ dici de omi prioristicũ qð tñ nõ inuẽitur in sua conuertẽte. ſ. in ista. quoddã animal ẽ hõ. similiter in ista. omnis hõ currit. ẽ dici ð omni prioristicũ. ⁊ tñ in sua cõuertẽte q ẽ ista quoddã currẽs ẽ hõ nõ ẽ dici de oi prioristicus Differũt ãt primo sic. qz dici de omni prioristicum reperit solũ in ꝓpõe vniuersali. Sz dici de omni posterioristicũ põt reperiri tam i ꝓpõe vniuersali qꝫ particulari vel indefinita. Secũdo dñnt qz dici de omni prioristicũ reperit tã in ꝓpõe va qꝫ falsa vel impossibili. Sed dici de omni posterioristicũ reperit solũ in ꝓpõe va ⁊ necia. C3o differũt qz ad dici de omi prioristicum sufficit vniuersalitas suppoſitorũ. Sed ad dici de omni posterioristicum requiritur vniuersalitas suppoſitorum ⁊ temporum simul.

Conclusio rũsalis. Dici de omi ⁊ dici de nullo sunt suffia principia regulatiua sillogismoꝝ. pz qz per illa duo pricipia primo ⁊ directe pñt pbari sillogismi prime figure ⁊ mediate vel idirecte pbãr sillogismi secũde ⁊ 3e figuraꝝ per reductionem eorum ad sillogismos prime figure.

Primo dubitatur. vtꝝ sit necesse conclusionẽ eẽ aliaz a pmiſſis. Respõdetur ꝙ cõclusio dz eẽ alia a pmiſſis copulatiue sũpt ⁊ a qlibet pmiſſarum seorsũ sumptaꝝ. qz illo itẽdebat aristo. per illã particulã positã in diffõe sillogismi. aliud gdẽ per quaz particulam excludũtur affirmatões siue ꝓpõe quibus arguitur a tota copulatiua ad quãlibet eius partẽ. ⁊ ab exponẽtib9 ad expoſitam quia in talib9 conclusio dz eẽ eadẽ cũ añcedẽte vl cũ altera pte ei9. Alr rñr ꝑ tres distinctões ⁊ sex dicta. Prima distinctio ẽ hec. terminoꝝ positoꝝ in sillogismo qdã vocãt ꝓpões cõ sũt subm ⁊ pdicatũ. quidã vo vocãtur sillogistici cõ sũt maior extremitas. minor extremitas ⁊ mediũ. C2a dist°. ꝓpõnũ in sillo põitaꝝ qdaz dñr gñales: ⁊ tales in sillo tm sũt due. ſ. añs ⁊ ꝓpõs. accipiẽdo añs ꝓ copula ꝓstituta ex maiori ꝓpõe ⁊ minori. Et ꝓpõs capit ꝓ 2nc. qdã ãt dicũt sillogistice. ⁊ iste sũt tres i sillõ. ſ. a9r b9r ⁊ 2o. C3a dist9 terioꝝ ⁊ ꝓpõnũ silli duplex ẽ alietas qdã ẽ võlis. ſ. qñ vox illius ẽ alia ñ solũ mãlr in voce alteri9 sic̃ chiera icoceru9 sũt diuerse voces. alia ẽ alietas officy. ſ. qñ vna vox qrit aliqð offim qð ñ qrit alia cõ sũt vox ſbi ⁊ vox pdicati. C4a Prim dcz ẽ istõ i qlibet bono sillõ st sex termĩ. ꝟz voce mãlr distincti. pz. qz i qlz sillo sũt tres ꝓpões. Quaꝝ qlibet constituit ex duob9 teris. C5m dcz i qlibet bono sillo tm sunt duo termini ꝓpõnales ⁊ officialr distincti. pz. qz qlibz terius põit9 in sillõ vel ẽ pdicatũ vel ẽ ſbz. C6m dcz in qlibet bono sillõ tm sũt termini sillogistici ⁊ officialr distincti. pz qz qlibz termin9 positus in sillogismo vel est maior extremitas vel ẽ minor extremitas vel medium. C Quartũ dcz. ⁊ si i qlibz sillogismo sint tãtũ due ꝓpões gñales tñ requrunt tres ꝓpões sillogistice. Pria ps pz. qz i qlibet sillogismo sufficiũt añs ⁊ ꝓns q dñr eẽ ꝓpões gñales. Secunda ps pz. qz in quolibet sillõ ẽ maior ꝓpõ. minor ⁊ 2o. C Quitũ dcm ad bonũ sillz sufficiunt tres termini sillogistici officialr distincti. ⁊ tres ꝓpões sillogistice officialr distincte. pz. qz ꝫ ẽ bon9 sillogism9 ex oppõitis in cesare. nulla disciplina ẽ sophia. oĩs disciplia ẽ sophia. gnulla disciplina ẽ disciplia. ⁊ tñ tm sũt duo termini võliter ⁊ fm significatũ distincti. ſ. disciplina ⁊ sophia. ⁊ sũt tres officialr distincti vn9 qz gerit offim maioris ali9 minoris ali9 medy. ⁊ sil'r tñ sũt due ꝓpões võlr distincte. Sz tñ sũt tres officialr distincte. Quaꝝ pc ꝓueit offim maioris ꝓpõis. scõe minoris ⁊ tertie conclusiõis. gcũ pdict9 sillogism9 fit bon9. segtur ꝙ ad bonitatẽ sillogismi sufficiũt tres termini ⁊ tres ꝓpões bñtes distictõem ex pte officy. C Sextũ dictũ ad bonũ ⁊ vexꝝ sillom nõ requirit conclusionẽ eẽ aliã võlr l ꝟz significatõez a pmiſſ copla ue sũpt ⁊ a qlz seorsũ. Sz suffic ipaz distingui officialiter solum. patet qz bene sequitur. omnis disciplina est sophia. omnis disciplina est disciplina. ergo omnis disciplia est sophia. ista cõsequentia tenz in barbara. ⁊ tamẽ 2o ẽ i voce ⁊ significato pcise eadẽ cũ maiore a q so9 dr stiguit offilr. gad bom sillm suffic ꝙ sit a9 offilr a qlibz pmiſſaꝝ seorsũ sũptaꝝ. Cõ autẽ pdict9 sillogismus sit bon9. patet: quia ille sillogism9

ē bonus ad quē reducitur alius. vt appeat euidens ꝛ necessarius. sed in ꝓdictis sillōis factis in oppōitis in cesare. ꝓbatur eē euidens ꝑ reductionē eius ad ꝑmū sill'm factum in barbara. capiēdo oppositū ꝓriū ꝛclusiōis de cesare ꝑ minore de barbara. ꝛ maiorē ꝑ maiore. ifferendo ꝛtrariū mioris. ꝛ arguitur vt ꝓius.

Secundo dubitatur. vtrū cōclusio sit ō eēntia silli: ꝛ de ꝟ dantur cōiter tres opiniones. Quaꝝ ꝓia ē ꝟ. q ꝛ° est de eēntia silli quā ꝓbāt duab⁹ rōib⁹. ¶ꝓia est ꝛ° ponit in diffōne silli. Dicitur eni sill's oro i qua qbusdā pōitis aliud qdē. s. ꝛ°. ꝙ ꝛc. ꝙ ꝛclusio includit in eēntia silli. ¶ꝛ° sic. ꝛclusione sola variata variatur ꝛ modus. ꝛ ex ꝑnti sill's. ꝙ ꝛ° vī eē de eēntia sillogismi. añs ꝓz. qz barbara ꝛ baralipton sūt mōi distincti q nō solū distinguūt ex pte ꝛ°i°. ꝙ variatio ꝛ°i° variat modus

¶ Scōa opinio tz ꝓtem negatiuā. s. q ꝛ° non ē de eēntia silli. ꝓbat quadruplī. ¶ꝓio qz effectus non ē de eēntia sue cāe. sed ꝛ° ē effect⁹ sillogismi. ꝙ n ē ō eēntia ei⁹. ¶ꝛ° sic forma eēntialis sillogismi q ē mōus ꝛ figura saluat i ꝑmissis tm. ergo est ꝓter essentialē formam sillogismi. ꝛ ꝑ ꝑns ē ex eēntia ei⁹. ¶ꝛ° variato aliquo qō ē de eēntia alicui⁹ variat ꝛ illud. s. cōclusione variata n variat sillogism⁹. ꝙ ꝛ° nō ē de essentia sillogismi. b⁹ꝛ ꝓz. per ꝓbz secundo b⁹. vbi vult qō idē sill's pōt inferre plures conclusiōes.

¶ 4° sic. aristo. vsus finē ꝑmi hui⁹ docet resoluere sill'm in tres terminos ꝛ duas ꝓ positiones. ꝙ vī q ꝛclusio sit aduēticia. ꝛ ꝓter eēntia sillogismi.

¶ 3ª ē oppinio q ꝛsistit i vna distinctione ꝛ duob⁹ dictis. Distinctio est hec sill's pōt capi q̄druplī. vno° ꝓtie ītētionalī. ꝛc ē vna oro compōita ex duab⁹ ꝑmissis ꝛ vna cōclusione cū nō illationis q dī eē hec coniūctio ꝙ igr vl sillis. ꝛ°. pōt capi sillogismus scōe intētionalī vz. vt ē qdā respect⁹ rōis fūdat⁹. sī habitudine ꝑmissaꝝ in ordine ad ꝛclusionē. ꝛ°. capiť ꝓ ipsa necessaria habitudine ꝑmissaꝝ ad ꝛclusionē. q̄rto mō capiť sill's ꝓ actu discursiuo ītellect⁹ quo discurrit a ꝑmissis ad cōclusionē.

¶ Primū dcz ē istud. si capiť sill's trib⁹ vltimis mōis cōclusio nō ē ō eēntia silli. ꝓz ꝑmo. qz nec ꝑmisse ꝟ mō sūt de eēntia isti⁹ scōe intentionis que ē sill's cū bēat rōem fūdamēti remoti. vel termi respcū isti⁹ intētionis ꝛc q ē sillogism⁹.

¶ Tū scōo. qz fūdamētū ꝛ terminus non sunt de eēntia respcū medij. sed ꝑmisse ꝛ ꝛ° se hūt tanq̄ fundamētū ꝛ termin⁹ respectu bitudinis necessarie ꝑmissaꝝ ad ꝛclusionē. tū z°. qz nec ꝑmisse nec ꝛclusiones sūt de essentia act⁹ intelligēdi quo itellect⁹ discurrit de ꝑmissis ad ꝛclusionē.

¶ Scōz dictū cōclo ē de eēntia silli ꝓio mō sūpti. ꝓz. qz sill's sūpt⁹ ꝓio mō formalī ꝛ intrinsece ē oro cōpōita ex ꝑmissis ꝛ ex cōclusione cū nota illationis. ergo intrinsece ꝛ eēntialī cōplectiť cōclusionē. ꝛ ex hoc ꝓz quid sit dicendum ad dubium.

Tertio dubitatur. Utrum ad veritatem sillogismi requiratur q copule ꝑmissaꝝ sint eiusdē tpis. Et vī q ꝙ sic. qz nisi sic sequereť ex vo falsū. ꝓz ꝑ ña sic arguēdo. ois bō ē alb⁹. adam fuit bō. ꝙ adā ꝛ albus. ¶ñr ꝓ duo dicta. ¶primū dictū q i bono sillogismo cauēdū ē ne arguať a min⁹ āplo ad magis amplū cū distributione magis āpli. vl ecō tra sine distributiōe ēt cauēdū ē q mediū sit magis amplū in ꝑmissa in q̄ maior distribuiť q̄ in ꝑmissa in qua minor distribuitur. oī aūt termin⁹ teneri magl āple qñ in vna ꝓpositōe supponit ꝓ aliquo ꝓ quo nō supponit in alia. Et c in hac ꝓpōe. bō currit. iste termin⁹. bō. tenetur magis āple q̄ in ista aliqs bō currit. qz ī ꝑma suppōit indifferēť ꝓ viro ꝛ muliere. in z ª aūt suppōit ꝓ viro tm.

¶ z^m dictū ad bōitatē sillogismi ñ regritur q ꝑmisse sint eiusdē tpis ꝓz. qz bñ segtur. ois bō currit. ois bō ē aial. ergo ois bō currit. vel sic. ois bō ē alb⁹. gdaz bō fuit niger. ꝙ aliqd qō fuit nigrū ē albū. Et ꝓfir mať. qz nisi sic seq̄reť q nūq̄ valeret sill's ex vna de īeē ꝛ alia de modali. c⁹ op^m dicet ifra.

Ad rationes ante oppositum.

¶ Ad primam patuit in ꝑmo notabili quomodo per dici de omni ꝛ dici de nullo intelliguntur due ꝓpositiones vere ꝛ manifeste que sunt principia complexa regulatiua sillogismoꝝ.

¶ Ad secūdam dicitur q dici de omni ꝛ dici de nullo sunt principia regulatiua sillogismoꝝ. Quoꝝ mediū ē terminus cōmunis non autem illoꝝ quoꝝ mediū terminus ē discret⁹. ¶potest ēt dici q nullus sillogismus expositorius tenet gratia forme nisi i virtute dici de omni vel dici de nullo. Et ideo oz vnam ꝑmissam equipollere vni vniuersali. in qua sit dici de omni vel dici de nullo.

¶ Ad tertiā dicitur. q illi sillogismi sunt perfecti qui regulantur īmediate per dici de omni vel dici de nullo. illi vero q

mediate regulant dicũtur imperfecti

Queritur Utrũ ꝓuersio in terminis sit ꝓña formalis ab argumẽtatõe distincta. Et arguit̃ ꝑ q non ꝫ ꝑmã partẽ. qz ꝓuersio ẽ ꝑdicati i ſbm mutatõ ꝛ econ°. g̃ nõ ẽ ꝓña. Et ꝓfirmat̃. qz i ꝓuersiõe ñ ẽ nisi vnũ añs g̃ ꝓuersio non ẽ ꝓña. tenet ꝓña. qz ex vno nihil ſequit̃. ¶ Arguit̃ 2° ſic ꝫ ſcõaz parte. qz ꝓuersio ñ tenet i termis oib° retẽta ſili forma arguẽdi. g̃ nõ ẽ ꝓña formalis. añs pz. qz ñ tenet i termis obligs nec in termis ampliatiuis. ¶ Arguit̃ 3° ꝓtra tertiã partẽ. qz ꝓuersio ẽ ꝓña emti^ca. g̃ nõ ẽ ꝓña distincta ab argumẽtatõe. Añs pz. qz cõuersio ẽ ꝓña. ꝛ nõ ẽ ꝓña sillogi^ca nec exẽplaris nec inductiua. ergo est emti^ca. cõſequẽtia tenz a ſufficiẽti diuiſione. ¶ In oppoſitũ ẽ aristo.

Primo sciẽdũ ẽ q; ꝑ declaratõe termi noz ponit vna diſtictio ꝛ vnũ dcm̃. Diſtictio ẽ hec. cõuersio põt capi dupl'r ¶ Primo ꝑ mutatione logicali ſit° ꝑdicati i ſitũ ſ bi ꝛ ecõuerſo. ꝛ ſic cõuerſio ẽ paſſio termi oz ꝛ nõ ꝓpõnũ. Alio mõ capit̃ conuerſio ꝑ nẽcia habitudine ꝓpõis cõuertẽtis ad cõuerſam. et ſic ẽ paſſio ꝓpõnũ. q̃ ite ẽ duplex. nã q̃dã ẽ q̃ cauſat̃ ex parte mutatõis q̃litatis. cuiuſmodi ẽ cõuerſio i oppoſitã q̃litatẽ. Alia cãt̃ ex mutatione ꝑdicati in ſubm̃ ꝛ econtra. ꝛ illa vocat̃ cõuerſio in terminis q̃ ſic cõiter diffinit̃. Conuerſio i terminis ẽ duaz ꝓpõnũ categozicaz vtroq; termino participatiũ vni° ad alterã formalis coña. ¶ Dictũ ẽ iſtud. argu°m ſua cõitate ſumpta. ſic põt diffiniri. Eſt coña in c° añte ponit̃ mediũ nõ poſitũ i coñte. ex q̃ diffõne cliciunt̃ due cõditões regſite ad hoc q; aligd ſit arg°. Prima ẽ q; ſit coña nẽcia. Scõa eſt q; in añte talis coñe ponat̃ vn° termin° nõ poſit° in coñte q; termin° dz cẽ mediũ i reductõe talis ar^tis ad ſillm̃. Et per ß excludit̃ conuerſio vbi tam in añte q̃z i coñte ſunt p̃ciſe idẽ termini

Secũdo sciẽdũ ẽ q; ariſto i ß. 4. c. determinat õ ꝑ ꝓpin° perfciuo ſillõz ſcz de cõuerſione. et cõtinet duas partes ꝑncipales. in q̃z ꝓma determinat de cõuerſiõe ꝓpõnũ de ineẽ ſimplicit̃. Et cõtinet. 3. cõclões ꝑn'. In q̃z ꝑma tãgit. 3. diuiſiones valẽtes ad cognitionẽ que ꝓpoſitiones debent conuerti. ¶ Prima diuiſio ẽ hec. ꝓpõnũ alia ẽ de ſimplici ineẽ. alia ẽ de nẽcio ineẽ. ꝛ alia ẽ de ꝓtingenti ineẽ. ¶ Scõa diuiſio. ꝓpoſitõz ſm vnã quãq; locutõez alia ẽ affirmatiua. alia ẽ negatiua. ¶ Tertia diuiſio. ꝓpõnũ tã affirmatiaz q̃ negatiuaz alia ẽ vlis. alia ẽ particularis. ꝛ alia i definita. ¶ Scõa 2° tãgit q̃tuor regulas de ꝓuerſione ꝓpõnũ de ineẽ. Prima regula ẽ ß. neẽe ẽ vlez negatiuã õ ineẽ ſimplr ꝓuerti in termis. vt ſi nulla voluptas ẽ bonũ nullum bonũ ẽ voluptas. Scõa regula ẽ. nõ ẽ neẽe vlez affirmatiuã ꝓuerti vlr. ſz neẽe ẽ eã ꝓuerti i ꝑticularẽ. vt ſi ois voluptas ſit bonũ neceſſe ẽ q̃dã bonũ eẽ voluptatẽ. Tertia regula ẽ. neẽe ẽ particularẽ affirmatiuã ꝓuerti particulariť in termis ut ſi q̃dã voluptas ſit bonũ: quoddã bonũ erit voluptas. ¶ 4ª regula ẽ. nõ ẽ neceſſe ꝓtiuatiuã ꝑticularẽ ꝓuerti ſim^r i termis. qz nõ ẽ neceſſe q; ſi bõ ñ iſit alicui aiali q; ẽt aial non iſit alicui boi. ¶ 3°. 2° tangit ꝓbatões ꝓdictarũ q̃tuoz regularũ per rões formatas i ẽmis nõ ſignificatis. ¶ Primã regulam ꝓbat ſic qz bene ſeq̃t nullũ. b. ẽ. a. g̃ nullũ. a. erit. b. qz ex oppõito ꝓñtis. ſ. aliq̃. a. ẽ. b. infert̃ oppoſitũ añtis. ſ. aliq̃. b. ẽ. a. Hoc ꝓbat Ariſto. per ſillm̃ expoſitoziũ. qz ſi iſta q̃dã. a. ẽ. b. q̃ ẽ contradictoria ꝓñtis ſit va: tunc erit aliqd vnũ et idẽ q̃ erit. a. et b. ꝛ ſit. c. tũc argt̃ ſic per ſillm̃ expoſitoziũ. c. ẽ. a. c. ẽ. b. g̃. b. ẽ. a. ꝛ illa ẽ cõtradictoria añtis. ¶ 2ª regula ꝓbat̃ ſic. bene ſeqtur oẽ. b. ẽ. a. g̃ q̃dã. a. ẽ. b. qz ex oppõito cõſeq̃ntis infert̃ oppoſitũ cõtradictoziũ añtis. vt ſi nullum. a. ſit. b. tunc nullum. b. erit. a. quod ẽ contrariũ iſti° oẽ. b. ẽ. a. ¶ 5ª regula ꝓbat̃. qz bene ſeq̃t quoddã. b. ẽ a. g̃ quoddã. a. ẽ. b. pz qz ex oppõito ꝓñtis. ſ. nullũ. a. ẽ. b. infert̃ oppom añtis. ſ. nullũ. b. ẽ. a. ¶ 4ª regula ſic ꝓbat̃ qz non ſeq̃t quoddã. b. nõ ẽ. a. g̃ quoddã. a. ñ ẽ. b. patet qz ponat̃ q;. b. ſit aial: et. a. ſit bõ: tũc nõ ſeqtur ſi aial nõ ſit bõ q; bõ non ſit animal

Tertio sciẽdũ ẽ q; circa hũc textũ icidũt q̃tuor difficultates. ¶ Prima ẽ Quare i ꝓia diõne ꝓpõis nõ enumerat ꝓpõnẽ de poſſibili nec illã de ipoſſibili. Rõ ẽ qz ꝑ põnes de poſſibili ꝓuertũt̃ ſicut ille de ꝓtingẽti et ille õ ipoſſibili ſicut ille õ neceſſario. ut infra patebit. ¶ 2ª difficultas. Utrũ per iõ ꝑn^m ade q̃te poſſint ꝓbari q̃tuor regule ꝑdicte. Rñr q; nõ: ſ. ꝓncipiũ ꝓbandi ꝓpõem vlem negatiuã: ẽ ſillogiſm° expoſitoziº. ꝓncipiũ vo ꝓbãdi vlem affirmatiuã ẽ iſta maxima. Quodlibet cum quolibet ꝛc. et° oppom ſtat. Principium

aūt probādi cōclusionē particularis affirmatiue ē ista maxīa. Dis illa cōia ē bona in q̄ ex opposito ꝯntis infert oppositū añtis. ¶ Tertia difficultas. q̄re particularis negatiua non cōuertit simplicit in tmis. ℟ Rō ē duplex. pria q̄ ex vis ... seq̄t falsū. Scōa q̄ argueret a nō distributo ad distributū. hoc totū p3 cōuertēdo istā. quoddā aīal nō ē homo: ī hāc: qdā bō nō ē aīal. ¶ Quarta difficultas. q̄re aristo. nō fec mētionē de cōuersione per cōtrapōnē. ℟ Rō ē q̄ determiat aristo. de cōuersione put ē prīncipiū effectiuū syllogizū. sed ī reductione syllogizū iperfectoꝝ nō debēt accipi noui tmi: sz in cōuersione per cōtrapōnē accipiūt noui termi: mutant enī tmini finiti in tminos infinitos. Ex quo segt q̄ tm̄ sūt due spēs cōuersionis. s. cōuersio simplex ꝛ per accidēs. Est enī cōuersio simplex mutatio p̄dicati ī sbm̄ ꝛ ecōtra manēte eadē qlitate ꝛ q̄ntitate scōm quā cōuertit vniuersalis negatiua in seipsā: ꝛ particularis affirmatia ī seipsā. sed cōuersio per accns ē mutatō p̄dicati ī sbm̄ ꝛ ecōtra manēte eadē qlitate sed mutata q̄ntitate. et scōm hāc cōuertit vniuersalis affirmatiua in particularē affirmatiuā: et vniuersalis negatiua in particularē negatiuā. ¶ Quīta difficultas. vtrū ista p pō hō albus ē albus sit cōtigēs vel necessaria ℟ Rīr per duo dicta. Primū dictū ē vna regula que potest elici ex textu. sc: q̄ quelibet pro pō particularis affirmatiua īfert duas premissas syllogizmi expositoꝝ: in q̄rū pria predicat sbm̄ de pnoie demōstratiuo demōstrāte aliquod singulare. ꝛ in secūda predicat p̄dicatū de eodē pnoie demōstratiuo. ut ista q̄dā. a. ē b. ānfert istas duas singulares ℣. s. c. ē. a. ꝛ hoc s. c. ē. b. ¶ Scōm dictū. ista pp̄ō. hō albus ē albus pbabiliter dicit ee contingēs. p3 q̄ ifert duas p̄missas cōtingētes. q̄ ipsa ē contigēs. tz cōsequntia. q̄ ex nc̄io non segtur nisi nām. añs patz supposito q̄ per pnomē demonstratiuū per se sūptū possit solū demōstrari suppositū termi absoluti. q̄ si debeat demonstrari suppositū termi cōnotati oportet sibi addere cō notatū per talē terminū. vt si dicat ℣ est albū solū demōstrat subiectū albedis. sed si dicat ℣ albū est albū tūc demōstrat suppositū albi rūsalis.

Conclusio est consequntia formalis ab

Primo Dubitat argum̄tatiōe distincta tat vtrū ad seruādū formalita tē consequntie in cōuersionib⁹ sit conueniens ponere ad subiectū conuertēdis istud additū q̄ō est. ¶ ℟ Rndet q̄ illud q̄ō est subiectū p̄cise conuerse debet esse p̄dicatū conuertēdis ꝛ ē. Et ex ℣ multotiēs contingit errare non sumendo debite subiectū ꝛ p̄dicatū p̄cisū in ppoib⁹ ideo ad euitādū istū errorē ponūtur 4⁰r regule. ¶ Prima est q̄cūq3 in aliqua ppositione ponit vbū prie vel scōe persone aut verbuz excepte actionis sīm suppositō tūc illud suppositū q̄ō dat itelligere debet esse subiectū. vt dicēdo sū in studio li ego ē subiectū. ¶ Scōa regula. q̄cūq3 in aliq̄ ppositiōe ponit vbū adiectiuū tūc illō est resoluēdū in suū participiū ꝛ in ℣ verbo est. ꝛ sic totū illud q̄ō segtur ℣ verbū est erit p̄dicatū. vt dicēdo soz. videt equū debet sic resolui soztes ē vidēs equū. ꝛ tūc ℣ totū vidēs equū erit p̄dicatū. ¶ Tertia regula. si in aliq̄ propositione ponat obliqu⁹ ℣ potest esse duplex. q̄ vel talis obliquus ponitur a parte subiecti vel a parte p̄dicati. si a parte p̄dicati vel ponitur sine recto vel cū recto. si sīm recto tūc resoluēdū ē verbū in suū participiū ꝛ sic aggregatū ex obliquo ꝛ participio erit p̄dicatū. vt dicēdo panis ē in furno sic debet resolui panis ē exīs in furno vbi ℣ totū. s. exīs in furno ē p̄dicatū. Si aūt obliqu⁹ sumat cum recto tūc aggregatū ex tali recto ꝛ obliquo ē p̄dicatū. vt dicēdo brunellus ē asin⁹ soztis. Si vero talis obliqu⁹ ponat a parte subiecti ℣ est duplex. vel ponit cū recto vel sīm recto. si ponatur sīm recto. tūc obliqu⁹ debet resolui in istatria. s. in suū rectū. in illud verbū est: ꝛ i istud pronomē q̄ vel q̄s eiusdē casus cū obliquo. et tūc suus rect⁹ erit subiectū: ꝛ illud verbū est erit p̄cipalis copula. ꝛ totū sequēs hoc vbū est erit p̄dicatū. vt dicēdo regis interest debz sic resolui: rex est cui⁹ interest vbi iste termin⁹ rex ē subiectū. ꝛ ℣ verbū ē dr̄ p̄cipalis copla ꝛ totū sequēs ℣ verbū est. s. cui⁹ interest ē p̄dicatū. Si vero obliquus ponatur cū recto: ℣ est dupliciter. vel rect⁹ precedit obliquū. ꝛ tūc aggregatū ex recto ꝛ obliquo ē subiectum. vt dicēdo capa soztis est alba: ℣ totū capa soztis ē subiectū. Sz si obliqu⁹ p̄cedit rectū tunc talis obliqu⁹ resoluēdus est in suū rectū ꝛ illud verbū est. ꝛ etiā in illud pronomen quis vel q̄ eiusdem casus cū obliquo. quia resolutione facta suus rect⁹ erit subiectū. ꝛ illud verbū est ī ipso iclusū erit copula. ꝛ totū residuū erit p̄e-

dicatū. vt dicēdo hois oculus ē dexter. dz sic resolui in illā. hō est cⁿ oculⁿ ē dext. vbi li hō ē pcise sūm. Et totū sequēs hō vbū ē. l. hō aggregatū cⁿ oculⁿ ē dext est pdicatū. ¶ 4ª regula si aliq̄ deteriatio addat pdicato cōuerse dz illō totū poni p sō conuertēti. vt nullⁿ homo fal se ē aial. totū hō exns falsē aial. dz eē sūz conuertēti. ex qbⁿ pz q ad seruādū pcisionē ⁊ totalitatē sūi ⁊ pdicati dz addi ad sūz conuertēdis illud additū qō ē. Nā hō additum conuertibilē equalet pticipio isti⁹ vbi ē. ⁊ qz ptⁱᵐ isti⁹ vbi ē. pdicat. vel ē ps pdicati. ideo adhuc cū illo ad dito fit ō pciso pdicato pcisū subiectum.

Secundo dubitat. vtz ad seruādū formalitatē ꝓne in conuersioni bⁿ. neče sit ponere in conuertēte aliqō additū qō faciat terios eodēⁿ supponere sic in cōuersa. Rndr p vnā distictionē ⁊ qtuor dicta. Distiⁿ ē hō. duplices sūt suppositiones. q̄dā sūt oio repugnātes. ⁊ sūt illē q̄ sic se bñt. q termin⁹ supponēs secūdū vnā suppositionē non potest inferre seipm supponēte scōm aliā. Alie sūt ptz conuenientes ⁊ ptim differentes. qñ. ſ. termin⁹ supponēs scōm vnā suppositionē infert seipm supponēte secūdū aliā ⁊ ñ eō. ¶ Primū dictū ē. a suppositiōe simplici ad psonalē non vz consequentia. nec eō. vt ñ segt homo ē spēs. g aliquis homo ē spēs nec econtra. ¶ 2ᵐ dictum. a suppositione māli ad psonalē vel simplicez ñ vz conseq̄ntia. nec ecōtra. vt ñ segt homo ē dictio dissillaba. g aliqs homo ē dictio dissillaba nec econtra. ¶ Tertiū dictuz a suppositione determinata ad distributā ñ vz cōna. ſz bene ecōtra. qz tūc argueret a ñ distributo ad distributū. ¶ Quartū dcz. a supⁿᵉ confusa tm̄ ad determinatā ñ ē bona conseq̄ntia remanēte sincathegoreumate confūdēte. ſz bñ econtra. ex qbⁿ pz q ad seruādū formalitatē consequētie in conuersionibⁿ nece ē ponere in conuertēte quoddā additū qō faciat terᵐ suppoⁿᵉ eodēⁿ sicut in conuersa. Et ad cōuertēdū ista. homo ē dictio dissillaba dz aliqd addi. g q̄dā dictio dissillaba ē ista dictio homo.

Tertio dubitat. Utz ad seruandū formalitatē consequētie in cōuersionibⁿ sit ponēdū aliqō additū in conuertente. qō faciat terminos teneri eque ample. ⁊ eq̄ stricte ⁊ eque appellate sicut in conuersa. Respondet q sic. vt ista. nullū mortuuz ē homo. dz cōuerti sic. g nihil qō ē homo. ē mortuum. Et ista. nullus homo ē mortuus. dz cōuerti. g nullū mortuuz ē vel fuit homo. Silr ista. nullus homo ē mulier. dz cōuerti. g nulla mulier ē aliqs homo. ſz ista. sortes ꝓmittit tibi denariū. dz sic conuerti. g q̄dā ꝓmittēs denariuz ē sortes. Ex his tribⁿ dubys pñt elici q̄tuor regule regsite ad conuersionem. q̄ si obseruent in conuersis conuersionū ñ erit dabilis instātia. Prima ē q ōbite sumat subz ⁊ pdicatū. Et illō qō pcise ē sūm i vna sit pdicatū in alia: et econtra. ⁊ hoc fz arte datā i ꝓdubio. ¶ 2ª q ñ arguat a suppositione repugnāte ad suppositionē repugnāte ⁊ bⁿ fz arte datā in scōo dubio ¶ 3ª ē q termini teneāt eq̄ stricte ⁊ eq̄ aple in conuersa ⁊ in conuertēte. ¶ 4ª q ñ fiat variatio appelⁿⁱˢ sicut patuit in tertio dubio.

Ad ratiões Añ oppositū. soluūtur ex ante dictis. ⁊ hec de questione dicta sufficiant.

Queritur Utrū oēs ꝓpositiōes de necio ⁊ oēs affirᵉ de ꝓtingēti eodēⁿ cōuertāt sic ille de ineē. negatiue vo de ꝓtingēti ñ necio conuertāt oppōito mō sicut ille de inesse. ¶ Arguit p ꝫ ꝑmā ptē. qz nō segt. nullū boiez eē ridētē ē neče. g nullū ridētez eē boinem est neče. Itē nō segt oēz grāmaticū eē boiem est neče. g aliquē boiem eē grāmaticū ē neče. itē non segt. creātē eē deū ē necesse. g neče ē deū eē creātē. ergo ille de necessario non conuertūt eodēⁿ mō sic ille de ieē. ¶ Arguit 2ª ꝫ scōam p tem. qz non seq̄tur. oē animal contingit esse sanū. g quoddā sanū contingit eē animal. cuz añs sit verus ⁊ consequens sit falsum eo q oē sanum dē necessitate est animal. ergo ꝓpōnes affirmatiue de contingenti non conuertūtur eodēⁿ modo sicut ille de ineē. ¶ Arguitur tertio cōtra tertiam partē. quia bene segtur. nullam tunicam contingit eē albam. ergo nullus album contingit esse tunicaz. g vniuersalis negatiua de contingēti eodēⁿ modo conuertitur sicut vniuersalis negatiua ō ineē. Antecedēs patet in textu. Et confirmatur quia particularis negatiua de contingēti nō necessario potest conuerti simpliciter. ergo ꝓpositiōes negatiue de contingenti non necessario non se habent oppōsito modō ad illas de inesse. Antecedens patet. quia arguerctur a ñ distributo ad distributum. ¶ In oppositum ē aristo.

Primo sciēdū ē q̄ p declaratiōe terio
rum ponūt q̄tuor distictiones
¶ Prima distinctō ē h. ppōnes modales pñt
hre duplicē sensū. s. cōpositū ⁊ disū. in cōuersi
onib⁹ ātillaz pcedendū ē a sensu cōposito ad
sensū cōpositū. vel a sensu diso ad sensū disum
⁊ nō a sensu diuiso ad cōpositū vel econtra ne
cōmittat fallacia ꝓpōis ⁊ disionis. ¶ Secūda
distictio. ppositōnū modaliū q̄dā sūt affirma
tiue in qb⁹. s. dcm manet affirmatū siue mōus
negēr siue ñ. Alie sūt negatiue in qb⁹. s. nega⁹
ferr ad dcm siue modus negēr siue nō. ita q̄
in ppōsito modales dicūt a⁹ in qb⁹ ne⁹ non ē
lata ad dcm siue fuerit lata ad modū siue nō.
Et ille dicūt negatie in qb⁹ negatio ferr ad di
ctum siue fuerit lata ad modū siue nō. Simili
ter in ꝓpōito vocant ille vles vel pticulares
q̄ sūt vles vel pticlares ex pte subi dicti. ¶ 2ª
distinctio ppōitionū modaliū q̄dā sūt de ne
cessario i qb⁹. s. ponit ille mod⁹ necesse. Nam
dra ē inter ppōem nēciaz ⁊ ppōem de nēcio.
qz nec ois ppō nēcia ē de nēcio nec ecōtra. Alia
ē ppō de ꝓtingēti nō q̄ ipsa sit cōtingēs. sz eo
q̄ in ipsa ponit mōus cōtingētie. Alia ē dc̄ con
tingēti possibili in q̄. s. ponit ille mod⁹ ꝓtigēs
capt⁹ in sua cōitate pcōtingēti alto. Alia ē de
ꝓtingēti nēcio in q̄ ponit iste mod⁹ contingēs
capt⁹ p ꝓtingēti nēcio. Et alia dr de ꝓtingenti
nō nēcio in q̄ ponit ꝓtingēs captū p nō nēcio
¶ Quarta distinctio duplr pōt intelligi moda
les ꝓuerti. Uno mō pm se totas. ita q̄ modus
fiat subm ⁊ totū dictū fiat pdicatū ⁊ ecōtra. et
de tali cōuersione ñ tractat arist. i textu. Alio
mō pōt intelligi q̄ ꝓuertāt sz suas ptes. s. q̄ ad
dcm. ita q̄ pōitū pdicatū dci fiat pcitū subm dci.
⁊ ez. ⁊ dc̄ tali cōuersione modaliū tractat arist.

Secundo sciendū ē. q̄ in secūda parte
pncipali h⁹ capituli determi
nat ari. de ꝓuersione ppōnuz modaliū. Et cō
tinet duo pūcta. In pmo deterīat de ꝓuersioni
bus ppōnū de nēcio ⁊ intēdit duas ꝓclones.
Quaz pma ē h. oēs ppōes de nēcio cōuertun
tur sic ille de in eē. sz qlis negatiua ꝓuertit
in vlem negatiuā. sz vlis affirmatiua ⁊ pticla
ris affirmatiua ꝓuertūt in pticulare affirma
tiuā. Prima ps sz. qz bñ segr nullū. b. eē. a. est
nece. g̃ nullū. a. eē. b. ē nece. qz oppm ñtis rpu
gnat añti. g̃ ña ē bōa. Añs sz. qz oppm ñtis ē
ista quoddā. a. ꝓtigit eē. b. ad quā segr ista qō
dā. b. ꝓtingit eē. a. q̄z vtraq; ps repugnat añ
cedēti. Scōa ps sz. qz bñ segr. oē. b. nece ē esse
a. g̃ q̄ddā. a. necesse ē eē. b. qz ex oppōito ñtis
s. nullū. a. ꝓtingit eē. b. inferr oppōitū añtis. s.
nullū. b. ꝓtingit eē. a. ⁊ silr pbari pōt conuer
sio particlaris affirmatie. ¶ Scōa 2ª. ppō pti
cularis negatiua de nēcio ñ ꝓuertit simplr pp
cām p⁹ dictā in ꝓuersionibus ppōnū de iesse
In 2º pūcto deteriat arist. de ꝓuersionibus p
positionū de contingēti. ⁊ continet gnq; ꝓclu
siones. ¶ Pria 2ª tāgit vnā dionem cōtingē
tis. ⁊ ē hec. cōtingēs dr triplr. Nam quoddaz
ē contingens necessariū. aliud ē nō nēcium. ⁊
aliud contingēs altū qō conuertitur cū possi
bili. ¶ 2ª conclusio. oēs ppōes affirmatiue de
contingēti conuertūtur sicut ille de in eē. ⁊ ō
nēcio. sz. qz bñ segtur oē. b. vel quoddā. b. cō
tingit eē. a. g̃ aliquod. a. ꝓtingit eē. b. qz ex op
posito ñtis. s. ꝓtingit nullū. a. eē. b. inferr op
positū añtis. s. contingit nullū. b. eē. a. ¶ 3ª 2ª
ppōes negatiue de contingēti alto eodē mo
do ꝓuertūt sicut ille de ieē. sz. qz vniuersalis
negatiua cōuertit in vlem negatiuā ⁊ pticula
ris negatiua nō conuertit in termis. Pria ps
sz per duo exēpla. Primū exēplū ē de contin
genti nēcio. nam bñ segtur contingit nullum
equū eē boiem. g̃ ꝓtigit nullū boiem eē equū
Scōm exēplū ē de contingēti nō nēcio. quia
bñ segr. ꝓtingit nullā tunicā eē albā. g̃. contin
git nullū albū eē tunicā. qz oppm ñtis repu
gnat añcedēti. Nā oppm ñtis ē. nō cōtingit
nullū albū eē tunicā. qō egpollet huic. nece ē
quoddā albū eē tunicā. q̄ sic cōuertit. necesse
ē quādā tunicā eē albam. ⁊ vtraq; illaz repu
gnat añti. s. huic. cōtingit nullā tunicā eē albā
Et addit aristo. q̄ pticularis negatia de cōtin
genti alto nō conuertitur simplr pp cām pri⁹
dictam. ¶ 4ª cōclusio. ppōes negatiue de con
tingēti ad vtrūlibet nō cōuertūt silr sicut ille
de in eē. qz vlis negatiua de contingēti nō cō
uertit simplr. sz p accidēs tm vel in oppositā
q̄litatē. sed particularis negatiua bñ conuer
titur simplr in pticulare negatiuā vt inferius
videbit capitulo de cōtingēti. Sz qz dicit p⁹
istas negatiuas. contingit nullū boiem eē al
bum. nece ē nullū boiem eē equū. crederz ali
quis q̄ iste sunt simpliciter negatiue. iō ad ℔
remouēdū posuit arist. quintā conclusionē. s.
q̄ ppōes in quibus modus affirmat ⁊ vm ne
gatur nō sūt negatiue. imo bñ affirmatiuam
figurā: idē sūt de spē ppōnum affirmatiaz. pz

qz sicut se bz eē z ñ eē in illis de ineē. ita se bēt modus i modalib⁹. Sz in illis ō ineē. ille dicūtur simplr affirmatiue in qb⁹ affirmaī b vbū est. ḡ in modalib⁹ ille sunt simpliciter affirmatiue in qb⁹ affirmaī modus. Minor pz. quia iste sunt simpliciter affirmatiue é nō bonū. est non albū. z vlr qñ dr hoc é non hoc. z qz nō feci mētionem de cōuersione ꝓpōnum de p̄dicatis infinitis cū sūt iste. est non bonū. est nō album. crederet aliqs qꝫ alio⁹ conuerterēt q̄z dictum sit. hoc remouēs dicit qꝫ hꝫ ꝓpōes de predicatis infinitis eodemmō cōuertūtur sīc alie affirmatiue de quibus dictum est superius in pluribus locis z cetera.

Tertio sciendū é. qꝫ circa hunc textū incidūt q̄tuor difficultates. ¶ Prima vtrū sit verū illud qđ dicitur in textu. s. qꝫ in omnib⁹ affirmatiuis de contingēti sīlr se bēbant fm conuersionē sicut in illis de in esse Et vr qꝫ non qz non segtur contingit ad vtrūlibet. oē ens eē deum ḡ cōtingit ad vtrūlibz q̄n dam deū eē ens. cū añs sit verū z ꝯns falsum. ℞ñr per duo dicta. ¶ Primū qꝫ in hoc caplo ꝑncipaliter itēdit arist. de modalib⁹ in sēsu cōposito qꝫ conuertūt sicut ille de in eē. Quarū conuersio pōt ꝓbari per illud ꝑncipiū. si añcedens é necm consequēs erit necessariū. z si añs sit cōtingēs ꝯns erit contingēs. ¶ Scōm dictū qꝫ p̄dicta conclusio textꝰ dz intelligi de ꝓpōib⁹ de contingenti in sensu cōpositō z capiendo contingens ꝑ cōtingēti necessario vl ꝑ contingēti alto qz ꝓpō de cōtingēti ad vtrū libet ñ conuertīt in illaz de eodē mō. sz i vnā de ꝑtīgēti alto. qz ñ segt contingit ad vtrūlibet. oē aial eē boiem. ḡ ꝑtīgit ad vtrūlibet quēdā bōinē eē animal. cū añs sit verū z consequens falsū. Sed si in anⁱᵉ capiaī contingēs ꝑ cōtingenti ad vtrūlibet z in ꝯns ꝑ contingēti alto et tūc bene valet conseqntia. ¶ Scōa difficultas q̄re é qꝫ vlis negatiua de contingenti non cōuertīt simplr sz bū pticularis negatiua. rō ꝑmi é. qz vlis negatiua de contingēti ad vtrū libet equipollet vli affirmatiue q̄ nō cōuertitur simpliciter. Sed tñ ꝑ accidēs. iō neqz vniuersalis negatiua sibi eqpollens pōt conuerti simpliciter. ℞ō scōi é quia particularis negatiua de contingenti ad vtrūlibet é equipollēs vni particulari affirmatiue que pōt conuerti simpliciter. iō z̄c. ¶ Tertia difficultas qualr est saluabile qꝫ ꝓpositiones modales in qbus verbū negatur solū. z non modus eē affirmatiuas cū tñ in scōo periarmenias tales dicte sint negatiue. ℞ñr per vnam distinctionem z duo dicta. ¶ Distinctio est hec. ꝓpositiones modales in quibus verbū negatur z non modus sunt duplices q̄dam sūt de sensu diuiso. Alie sūt de sensu composito. ¶ Primū dictuz é istud. ꝓpositiones modales de sensu diuiso in qb⁹ dictuz negatur solū z nō mod⁹ dr̄ simpliciter negatiue. qz in talibus pars ꝑn⁹ copule negatur. vt in secūdo periarmenias dicet̄atur. ¶ Secūdū dictū modales composite in quibus solum verbū negatur z non mod⁹ sūt simpliciter affirmatiue ꝑ rationē textus addīt am ad hanc conclusionē. pz ēt aliunde quia nūq̄ ꝓpositio reddīt negatiua nisi copula ꝑncipalis negetur. Sed in modalibus compositis modi includūt hoc verbū é quod debz esse copula ꝑncipalis in ipsis. Nam tñ vz contigit sicut contingens é. tale āt vbum in ipis inclusum nō pōt negari per solā negationē latā ad dictū. Sed cū hoc regritur qꝫ negⁿ ferat̄ ad modū includentē talē copulā vbalez. Ultra dr qꝫ in modalib⁹ compositis si ꝑter modū pōaī explicite hꝰ vbū est. idicatiui mōi. tūc ad vād negatiuā snfficit negationē ferri ad illō vbū est. lz ñ ferat ad modū vt ista est affirmatiua neēe é nullū. b. eē. a. z tñ ista é negatia necesse ñ é. b. eē. a. in q̄ tñ neⁿ ñ cadit supza modū. Silr ista dr negatiua contingēs ñ é. b. eē. a. ñ qz neⁿ cadat supza modū. sz qz cadit supza copulam iplicatā in b vbo contingit. ¶ Quarta difficultas vtrū idē regrīt z sufficiat ad vitatem ꝓpōnum de oībus modis contingentis. ℞ñr qꝫ ñ sz ad vitatē ꝓpōis de contingenti alto regritur z sufficit qꝫ ita posslt esse sicut significaī ꝑ eius dictū. ideo ad ꝯriā eiꝰ dandā oz dare vnā negatiuā de possibili. Sz ad vitatez ꝓpōis de contingēti nec̄io regrīt z suffic illō idē qꝫ vificaī ꝓpō de contingenti nec̄io. z silr dare contradictoria eius sicut dare ꝯdictoria de necessario. Ad vitatē āt ꝓpositionū de contingenti ñ necessario requirīt veritas vnius copulatiue cuius ꝑma pars sit negatiua de necessario. z secūda sit negatiua de impossibili. z ideo ad dandum eius contradictoriā oz dare vnā disiūctiuā ō ꝑtiᵇ ꝯtradicētibus

Conclusio responsalis. oēs ꝓpositiones de necessario vel contingenti necessario tam affirmatiue q̄z nega-

tiue ⁊ oēs affirmatie de ꝓtingēti ⁊ oēs negatie de cōtingēti alto ꝓuertūt eodē⁹ sīc ille de icē. sz negatie de ꝓtingēti nō necio oppōito mō ꝓuertūt. qz vlis negatia ꝓuertīt ꝑ accns. ⁊ pticularis negatia simplr. ⁊ cōtū ad oēs suas partes satis ꝓbata est in textu.

Primo dubitaī. vtr modales cōpositę possint ꝓuerti q̄ ad se totas: ⁊ modales diuise possint ꝓuerti q̄ ad dictum Ad pmā ꝓtez duby. rnr ꝑ duo dicta ⁊ vnā distinctōez. ¶ Pri⁹ dcz ē istud modales ꝓuerti ꝛz se totas ē modū q̄ directa ꝑdicatiōe ꝑdicatur ō dcō fieri sz bz ⁊ dcz fieri ꝑdica⁹. ¶ z⁹ dcz modales cōpōite de vi sermōis sūt simpr ca⁹ de ineē. ⁊ sinr⁹. vt alias patuit in 2° piermenias. ¶ Dist° ē b. duplices sūt modales. q̄dā sūt in gb⁹ ponīt mod⁹ designat⁹ aduerbialr q̄ ꝑ ꝑe dicūt modales dise: ⁊ ille ñ pñt ꝓuerti ꝛz se totas cū aduer⁹ ñ possit subyci ꝑ se nec ꝑdicari. Alie sūt modales i gb⁹ mod⁹ designaī nōa lit. ⁊ tales ꝑe vocāt modales. ꝓposite. ⁊ ille pñt ꝓuerti ꝛz se totas. qz ista ē bōa ꝓuersio bominē eē al'ē neče. g̃ neče ē boiez eē al'. qz opp⁹ ꝓñt. s. ñ neče ē boiez eē aial. ñ pt stare i vitate cū ante. ⁊ sz mod⁹ debeat sp ꝑdicari directa ⁊ ordiata ꝑdicatōe pōt tñ subyci ꝑdi⁹ idirecta ⁊ oēs tales ꝓuersiōes sūt ꝓuersiōes simplices Ad scōaz ptē duby rnr ꝑ vnā distictōez q̄ ē b. modales disas ꝓuerti q̄ ad dcz pōt dr' itelligi vno⁹ put ꝓuer⁹ idē ē. q ō ꝑciso sbo oci facere ꝑciſū ꝑdica⁹. ⁊ ecōtra. ⁊ b° cōir solz capi ꝓuersio i modalib⁹. nec b° modales diuise pñt formalr ꝓuerti i modales disas. qz ñ segī. creanté eē deū é neče. g̃ deū eē creanté é neče. qz i sēsu diso añs ē vez ⁊ añs falsū. Alio⁹ pñt modales dise cōuerti capiēdo cōuertere ꝓut idē ē q facere illō ꝓnomē hoc. demōstrās illō ꝑ q̄ ꝛppōebat subiñ oci eē ꝑdicatū oci ⁊ c. ⁊ c⁹ modales dise formalr cōuertūt i modales disas. vt bñ segī creanté eē deū é neče. g̃ deū eē b é neče demōstrādo ꝑ li hoc illud ꝓo quo supponebat creans in subiecto dicti.

Secundo dubitaī. Utr ꝓpões ō possibili ꝓuertāt eodē⁹ sīc ille ō cōtingēti. ⁊ ille de ipossibili cōuertāt eodē⁹ sicut ille de necio. R̄nr ꝓbablr q̄ sic. Pria pars pz. qz cōtigēs ⁊ possibile cōuertūt ꝛz ps pz. qz ꝓpões de necessario ieē. ⁊ ꝓpões de necio nō ineē. cōuertūt eodē⁹ sz ꝓpões de ipossibili in eē equalēt illis de necio ñ ineē. g̃ ꝓpões de impossibili eodē⁹ cōuertūt sīc ille de necio. Nec ē itelligēdū q̄ a⁹ de ipossibili cōuertāt eodē mō sīc a⁹ de necio ⁊ ne⁹ de ipossibili sīc ne⁹ ō necio. qz bñ segī oēm boiem eē aial ē necesse g̃ quoddā aial eē boiem ē necesse. ⁊ tñ nō segī oē aial eē boiez ē ipossibile. g̃ quēdā boiem eē al'ē impossibile. sz ē itelligēdū q̄ ꝓpões de ipossibili conuertūt eodē⁹ sīc ille de necio gb⁹ egpollēt. ⁊ qz ista. oē aial eē boiez ē ipossibile. egpollet vni pticulari negatie de necessario. s. istiq̄dā animal non eē hominez ē necesse. q̄ ñ potest conuerti. ideo nec ꝓcedens. vniuersalis potest conuerti.

Tertio dubitaī. vtr ꝓpões de necessario negato cōuertāt eodē⁹ sicut ille de necio affirmato. ⁊ ille de ꝓtingēti negato sicut ille de cōtingēti affirmato. rnr ꝑ vnā distinctōem tres ſuppões ⁊ duo dicta. ¶ Prima suppō ē b. ꝓpões dr de contigēti negato in gb⁹ ferī negatio ad cōtinges: vt dicēdo. boiem eē aial nō ē ꝓtingēs. ⁊ ille dr de necio negato in gb⁹ negatio ferī ad modū vt dicēdo. oē aial ñ eē boiem ē neče. ¶ z⁹ suppō ꝓpō de mō negato ñ ꝓpl⁹ mereī dici de illo⁹ sz de alio⁹ qui egpollet. sīc negatia disiūctia nō ꝓpe dr disiūctiua sz magl co⁹ de ꝓtib⁹ ꝓdicetib⁹. ¶ z⁹ suppositio. oēs ꝓpões de necio negato egpollent vni de cōtingēti affirmato ⁊ de dicti ꝓdicentibus. silr ois ꝓpō de contigēti negato egpollet vni de necio affirmato. ¶ Pri⁹ dictū ē istō ꝓpões de necio negato debēt cōuerti sīc ille de contingēti affirmato. gb⁹ egpollent vt ista quēdā boiem eē albū nō ē necesse. sic cōuertitur. quoddā albū eē boiem ñ ē necesse. qz sua egpollēs de contigēti affirmato. s. ista. nullus boiem eē albū ē contingēs conuertīt simplr. ex quo segī q̄ ista oē aial eē boiem nō ē necesse. sic dz conuerti. g̃ quēdā boiem eē aial non ē necesse: cū añs sit vez ⁊ añs falsū saltē in sēsu cōpōsito. ⁊ b ē ió. qz illa egpollet vni pticulari negatiue de contingenti affirmato. s. isti quoddā al'ē eē boiem ē contingēt. q̄ nō pōt cōuerti. g̃ nec ꝓcedēs vlis poterit conuerti. ¶ z⁹ dictū. ꝓpões de contingēti negato eodē mō conuertūt sicut ille de necio affirmato quib⁹ equipollēt. vt ista quēdā boiem eē aial non ē contingēs. sic conuertitur. g̃ quoddā aial esse boiem non est cōtingens. quia sua equipollēs de necessario. s. ista quendam boiem esse aial est necesse. conuertitur simpliciter.

Ad rationes Ante oppo^m. Ad primā dr̄ q̄ si in illis trib^9 cōuersionibus arguat̄ a sensu cōposito ad sensū compositum tūc consequentia erit bona. sz sicut cōsequēs est falsū. ita ⁊ añs. Si vero arguatur a sensu diuiso ad sensum diuisū ēt ɔseq̄ntia erit bona. ⁊ tñ añs ⁊ ɔñs erūt v̄a. Si ãt alr̄ arguat̄ cōmittit̄ fallacia compōis ⁊ diuisionis. Ad secundam dr̄ silr̄. Ad tertiā dr̄ q̄ ista propositio est de contingēti alto ⁊ nō de contigēti nō necessario. qz q̄ncunq̄z in aliqua propositione accipitur contingēs sine addito tunc de vi sermonis in illa propositione stat pro contigenti alto. Ad confirmationem dicitur q̄ i illis de inesse semper est inconueniens arguere a non distributo ad distributum non autem semper inconueniens ē in modalibus.

Queritur Utrum quatuor combinationes vtiles prime figure sint formales ɔñe. ¶ Arguitur prīo q̄ non. quia non seqtur oīs essētia diuina est pater. omnis filius ī diuinis est essentia diuina. ergo omnis filius in diuinis est pater. ⁊ tamen ibi est dispositio prime combinationis. ergo in prīa combinatione non est consequētia formalis. ¶ Arguit̄ secundo sic. non seqtur. nullum viuens gñabitur. omnis homo est viuēs. ergo nullus hō generabitur. ⁊ tamen est dispō secūde combinationis. igitur ⁊c̄. ¶ Tertio sic. non sequitur oē es est naturale. statua est es. ergo statua est naturalis. ergo tertia combinatio non est formalis consequentia. ergo ⁊c̄. ¶ Arguitur quarto non sequitur. nullum dextrum est sinistrum alicuius hominis oculus est dexter. ergo alicuius hominis oculus non est sinister. ⁊ tamē ibi est dispositio quarte combinationis. ergo ⁊ cetera. ¶ In oppositum est aristoteles.

Primo sciendum est. q̄ pro declaratione terminorum ponunt̄ due diffinitiones ⁊ vna distinctio. ¶ Prīa diffō est fi^a ē possibilis triū terioꝝ ordina^o penes sbiectōez ⁊ p̄dicatōnē. Et dīdit̄ i tres figuras q̄rū diffōes patebūt i textu. ¶ 2ª diffō ē h. cōbiatio siue mod^9 qd̄ idē ē: ē duaꝝ ꝓpositionū sz d̄bitā q̄litatē ⁊ q̄ntitatē possibil̄ dispō. ¶ Dist^o ē h tri^x ē distrib^o q̄dā ē distributio in terio q̄ fit q̄ñ dādo singl̄es alic^9 vl̄is ñ sūit̄ aliqs terius extrīsec^9. sz sbz ꝓpōis vl̄is singularizat̄ ꝑ h̄ pro no^n demōstratiuū. h. vt singulars isti^9 vl̄es oē aīatū ē corp^9 si fiat distributō ī terio debēt sic dari hoc aīatū ē corp^9. ⁊ hoc aīatū ē corp^9 ⁊ ñ ē aliqd̄ aīatū q̄n sit corp^9. alia ē distrib^o ex̄ ter^m q̄ñ singl̄es explicāt̄ addēdo aliqd̄ extinsecuz. vt singl̄es p̄dcē ꝓpōis vl̄is sic explicāt̄ h^o qd̄ ē aīatū ē corp^9. ⁊ illd̄ qd̄ ē aīatū ē corp^9 nec est aliqd qd̄ sit aīatū q̄n sit corp^9. ¶ 3ª distributio ē extra nūeꝝ q̄ñ. s. singl̄es alic^9 vl̄is explicāt̄ ꝑ aliū nūeꝝ a numero sbi vl̄is sic̄ singulares dicte vl̄is sic explicāt̄ h q̄ st̄ aīatū st̄ corp^9. ⁊ ea q̄ sūt aīatum sūt corp^9 ꝑ h̄ ⁊ illa demonstrando ꝑtes corpis aīati. s. manū ⁊ pedē ⁊ non sūt aliq̄que sūt aīatū quin illa sint corp^9. Ex ista distīctōe elicit̄ tale documtū. Si ī maiore p̄dictaꝝ ɔbiationū sit distri^o tā in terio q̄z ex̄ ter^m tam ī nūero q̄z ex̄ nūeꝝ tales combinationes erūt ɔñe formales. Si autem in ipsis sit solum distributio in termino etiam erūt ɔñe formales.

Secundo notandum ē q̄ in hoc secūdo tractatu determinat aristoteles de formatione sill̄oꝝ ex propositionib^9 de ineē. Et continet q̄tuor capl̄a. q̄ꝝ p̄^m ē in q̄ docz formationē sill̄oꝝ ex propositionibus de ineē i prīa figura. Et ɔtz decē conclusiones. In q̄ꝝ prīa p̄ponit. itētū. ⁊ ē h. his deterīat̄ q̄ supi^9 st̄ declarata. Jā dicēdū ē ꝑ q̄ q^o ad terios ⁊ q̄ ad propositiones. ⁊ q̄ñ q̄ ad figurā ⁊ quō q̄ ad modū fiat oīs sillo^9. ⁊ postea dicēdū ē de d̄monstratione. ⁊ h̄ cām assignat. qz sillo^9 ē vniuersalior q̄z demonstratio. g̃ p̄^9 determinādū ē de sillogismo sim^r q̄z d̄ demō^ne. Añ sp3. qz oīs demonstratio est sillogismus. sed non omnis sillogism^9 est demonstratio. ¶ Secunda conclusio tangit diffinitionem prime figure ⁊ est hec. quando igitur tres termini sic se habent adinuicem. vt postremus. idest minor extremitas sit in toto medio idest subyciatur vniuersaliter ⁊ affirmatiue respectu medij ⁊ medium sit in toto primo sic. vel non sic idest subyciatur vniuersaliter affirmatiue vel negatiue respectu maioris extremitat̄ tunc necesse est sillogismum perfectum esse extremitatuz i[illegible] concludere extremitatez de extrēitate. [illegible]clarat termios dicēs q̄ mediū ē q̄ñ ip̄m ē in alio. s. in maiori extrēitate. ⁊ alid̄. s. b^or extrēitas ē i ipso. s. medio ⁊ ē v̄a positione medij positio vel mediū. Sz extrēa sūt quoꝝ vnū ē in medio ⁊ in alio ē mediū. ⁊ in hac conclusione continēt̄ due combinationes vtiles q̄ faci

unt scdam ⁊ tertiã conclusiones. ⁊Prima combinatio ẽ ℔. ex duab⁹ vlib⁹ affirmatiuis in pma figura fit bon⁹ sill⁹. pz. qz si. a. de oi. b. ⁊. b. ō oi. c. pdicet nece ẽ. a. de oi. c. pdicari. qz talis sill⁹ regulat⁹ pdici de oi. ¶ Scda cõbinatio ẽ ex duab⁹ vlib⁹ q̃z pria ẽ negatiua ⁊ scda vlis affirmatiua. fit bon⁹ sillogism⁹ in celarẽt. pz. qz si. a. de nullo. b. ⁊. b. de omni. c. pdicet necesse ẽ. a. de nullo. c pdicari. qz talis sillogism⁹ regulatur per dici de nullo. ¶ Quarta cõclusio a^rc vniuersali affirmatiua ⁊ minoze vniuersali negatiua. ñ fit bon⁹ sillogism⁹ in prima figura. pz. qz in tali combinatione sũt dabiles termini in gb⁹ oi ⁊ in quib⁹ nulli. termi in quibus omi. vt aial bõ equ⁹. termi in gb⁹ nulli. vt aial bõ lapis. ¶ Quinta ꝯ. ex ambab⁹ vlib⁹ negatiuis in pria figura nihil segtur. pz. qz ĩ tali dispositione ⁊ in tali cõbinatõe sũt dabiles termini i gb⁹ oi ⁊ in gb⁹ nulli. termi in gb⁹ oi sunt sciẽtia linea. medicia. termi in gb⁹ nulli sunt scia. linea vnitas. ¶ Sexta ꝯ. q a^rc vli affirmatiua ⁊ b^rc pti^li affirmatia. fit bon⁹ sillo⁹ in dary. ¶ Septia ꝯ. a^rc vli negatiua ⁊ b^rc pti^li affirmatiua fit bon⁹ sillo⁹ in ferio. ¶ Octaua ꝯ. ex vna vli ⁊ altera pticulari disp̃itis aliter q̃z duob⁹ mõis pdictis nũq̃z fit bon⁹ sillo⁹. sz cõbinatio inutilis. ⁊ ad declarationẽ teriozũ addit q a^or extremitas ẽ terius in quo ẽ mediũ. sz b^or extrẽitas ẽ terius q ẽ in medio. ¶ Loñr pbat tres pdictas ꝯclusiones. s. sextã septimã ⁊ octauã. Et ꝑ pbat sextam. qz si. a. insit omi. b. ⁊. b. alicui. c. tũc nece ẽ. a. alicui. c. ieẽ. qz talis sillo⁹ regulatur per dici de oi. ¶ Septima ꝯ. pbat sic. qz si. a. nulli. b. insit. ⁊. b. alicui. c. tunc nece ẽ. a. alicui. c. non ineẽ. qz talis sillo⁹ regulatur per dici de nullo. Et addit q sine minor fuerit particularis sive idefinita. dũ tñ fuerit affirmatiua semper fit bonus sillogismus.

mini in quibus de necessitate omni. ut aial album nix. ⁊ termi in quib⁹ de necessitate nulli. ut aial albū pix. ¶ Decima cōclusio. i modis particularib⁹ prie figure negatiua exñte de necessario pōt sequi duplex cōclusio. s. tā de ineē q̄ de contingenti p̄o possibili. Probaī ista conclusio sicut quita cōclusio prius ꝓbata. ¶ Undecima cōclusio. in modis particularib⁹ negatiuis. si illa de necessario sit affirmatia et alia de contingenti negatiua sequitur cōclusio de cōtingēti ad vtrūlz. ꝓbaī eodē mō sicut quarta. ¶ Duodecima cōclusio. si vlis affirmatiua sit de necessario ⁊ particularis affirmatiua de contingenti sequitur conclusio ō contingenti ⁊ posset p̄obari sicut in modis vniuersalib⁹. ¶ Tredecima cōclusio. maiore particlari vel ābabus particularib⁹ qualitercūq; disponantur non fit fillogism⁹. q̄ dabiles sūt termi i q/bus oī ⁊ in quibus nulli. Nā minor ē cōtingēs et vlis ⁊ maior ē particularis de necessario. t̄mini in quib⁹ oī sūt aial albū bomo. ⁊ termi i quib⁹ de necessitate nulli. sūt aial albū tūica. q̄ñ aūt maior ē particularis cōtingēs de possibili ⁊ mior vniuersalis negatiua de necessario termi i quib⁹ de necessitate oī sūt. aial. album cozu⁹. ⁊ t̄mi i q/b⁹ de nec̄itate nulli sūt al'. albū pix. si vo mior fuerit vlis affirmatiua ō nec̄io ⁊ maior particularis de contingēti. t̄mi i quib⁹ de nec̄itate oi sūt. albū. cign⁹. aial. ⁊ termi i q/bus nulli sūt. aial. albū. nix. vbi vo ābe sūt particulares termi i quib⁹ oi sūt. aial. albū bō. termini i quib⁹ nulli sūt. aial. albū. inaiatū. ¶ Decimaquarta conclusio epilogat predicta ⁊ est ℔. oēs cōbinatōes vtiles in mixtione de ineſſe et cōtingēti sūt etiā vtiles in mixtiōe de necessario ⁊ cōtingēti. oū tñ illa de necessa⁹ ponaī i loco illius de ineſſe. Est tñ dña in ℔ q̄ si illa ō nec̄io sit negatiua ⁊ alia ō cōtingēti affirmatia sequī duplex ꝯclusio. s. negatiua de ineſſe ⁊ negatiua de cōtingēti p̄ possibili. sic aūt nō erit in mixtione de ineſſe et contingēti.

Secundo Dubitatur vtrum exyna de nec̄io ⁊ alia de contingenti valeat sillo⁹ in secunda figura. ¶ P̄o solutōe ē supponendū q̄ in ℔ scō capitlo determiat arist. de mixtione sillogism⁹ ex̄yna de nec̄io ⁊ altera de contingēti in scōa figura. ⁊ ꝓz duo decī cōclusiones. q̄rū p̄ia ē ℔. In secūda figura vlī a⁹ de cōtingēti ⁊ vli negatiua de nec̄io sequī duplex cōclusio. s. de ineē ⁊ de ꝓtingēti p̄ possibili. Oō aūt seq̄ 2°. de ꝓtingēti p̄obat arist. arguēdo in cesare ⁊ reducēdo ad p̄imaz figurā per cōuersionē simplicē in illis ō nec̄io Sed q̄ seq̄ ꝯclusio de ieſſe: ꝓbat arist. q̄ ex opposito ꝯclusionis cū a^re inferī oppo^m minoris. Dicit p̄eterea q̄ dicta cōclusio sīliter ꝓbari pōt arguēdo in camestres. ¶ Scōa ꝯclusio In modis vlib⁹ scōe figure ex affirmatiua de nec̄io ⁊ negatiua de contingēti nulla segī conclusio. p̄ q̄ non sequaī cōclusio de ꝓtingēti: ꝓz q̄. in tali dispōe stat ꝯclusio ō necessa⁹ q̄ opponitur ꝯclusioni de ꝓtingēti: arguēdo i istis terminis. bō. albū. cign⁹. Scōo ꝓbat q̄ nō sequatur ꝯclusio de nec̄io duabus rōib⁹. P̄ria ē ℔. In scōa figura nō segī ꝯclusio ō nec̄io nisi altra p̄missa⁹ vel salte vlis negatiua fuerit ō necessario. sed neutrū istoz ē in ista mixtione. g̃ ⁊c. Scōo sic. q̄ cū tali dispōe stat vlis affirmatiua de nec̄io: arguēdo in istis termis. mouens aial. vigilans. ⁊ capiī mouens p̄o motu sēsus vel ymaginatōis: q̄ oē vigilās mouet q̄tū ad spūs missos a corde ad sēsus exteriores: ideo reputat arist. istam eē verā. oē vigilās ō necessitate mouet. ¶ Tertia ꝯclusio. in tali mixtōe ex ābab⁹ negatiuis fit sillo⁹. q̄ illa de ꝓtingenti conuersa in oppositā qualitatē fit sillo⁹ i cesare vel camestres. ¶ Quarta 2°. In tali mixtione ex ābab⁹ affirmatiuis nulla segī 2°. P̄rio q̄ non sequaī 2° de ineē vel de nec̄io ꝓz. q̄ i secūda figura sēper cōcludiī negatiue: mō 2° negatiua de ineē vel de nec̄io nō segī nisi altera p̄missa⁹ sit negatiua de ineē vel de nec̄io. ꝓz q̄ nō sequaī ꝯclusio de ꝓtingēti siue affirmatiua siue negatiua ꝓz. q̄ i tali dispōe stat vlis negatiua de nec̄io q̄ interimit ꝯclusionē affirmatiuā de ꝓtingēti. sicut arguēdo i istis trib⁹ terminis. albū. cign⁹. bō. ¶ Quinta 2°. in modis particularib⁹ scōe figure si maior fuerit vlis negatiua de nec̄io. ⁊ mior particularis negatiua de cōtingenti: sequiī conclusio de ꝓtingēti p̄o possibili. ꝓz q̄ cōuersa simpliciter illa ō necessario fit sillogismus in ferio. Sexta conclusio. in modis particularibus secunde figuī affirmatiua exñte de nec̄io et negatiua de cōtingenti: non fit sillogismus. P̄obaī sicut secunda conclusio p̄cedens. ¶ Septima ꝯclusio. in modis particularibus secunde figure ex ambabus affirmatiuis non sequitur cōclusio. ꝓbatur sicut quarta conclusio. posset etiaz p/bari penes indefinitum. ¶ Octaua conclusio

ex ambabus negatiuis: illa tamen de necessario existente vniuersali fit sillogismus imperfectus qui perficitur conuertēdo in oppositā qualitatē illā de cōtingenti. ¶ Nona cōclusio. ex ābabus particularibus vel indefinitis nō fit sillogism⁹. quia sūt dabiles termini in quib⁹ de necessitate omni. sicut album aiatum animal. et termi in quibus de necessitate nulli. sicut album inanimatū animal. ¶ Decima cōclusio epilogat predicta: et ē hec. ex predictis manifestū est q⁹ in secunda figura vniuersali existente de necessario fit sillogismus concludens duplicē conclusionē: scilz de ineſſe et de contīgenti p̄o possibili. ¶ Undecima conclusio. in mixtione de contīgenti et de necessario eodē modo sillogizandum est sicut ex mixtione de contingenti et de ineſſe. intelligendo q⁹ semper loco illius de ineſſe ponatur illa de necessario. ¶ Duodecīa conclusio. manifestū est ex predictis q⁹ omnes sillogismi secunde figure sunt imperfecti. perficiuntur autē per r̄ductionē ad p̄imā figuram.

Tertio Dubitatur vtrū in tertia figura valeat sillogismus ex mixtione de contingenti et necessario. ¶ P̄o solutōne est supponendū q⁹ aristoteles in decimo capitulo determiat de generatione mixta de contigenti et necessario in tertia figura. in quo intendit duodecim cōclusiones. ¶ Quarū p̄ia est hec. in tertia figura ex mixtis de contingēti et necessario ambabus affirmatiuis sequit conclusio de contingenti tantum. et non de ineſſe. ¶ Secunda cōclusio. in modis vniuersalibus negatiuis tertie figure illa ō necessario existente affirmatiua sequitur cōclusio de cō tingenti et non de ineſſe. ¶ Tertia cōclusio. i modis vniuersalib⁹ negatiuis si illa de necessario sit negatiua segtur duplex conclusio. scilicet de ineſſe. et de contingenti p̄o possibili. ¶ Quarta cōclusio. in tertia figura ex mixtis de contingenti et necessario nūq̄ sequitur cōclusio de necessario. ¶ Quinta conclusio. i tertia figura minore negatiua de contingenti fit sillogismus iperfectus qui perficitur per conuersionē eius in oppositā qualitatem. sed si dicta minor fuerit negatiua de necessario nō fit sillogismus quia sūt dabiles termi in quibus de necessitate omni. vt sōnus equus dormiēs homo. capiendo ly homo p̄o medio. z ly somnus p̄o maiore. et equus dormiens p̄o minore. termini in quib⁹ de necessitate nulli. vt sōnus equus vigilans homo. ¶ Sexta cōclusio. in modis particularib⁹ affirmatiuis tertie figure vna de necessario et alia de contingenti sequitur conclusio de contingenti solū. ¶ Septima conclusio. in modis particularibus negatiuis tertie figure affirmatiua existente de necessario et negatiua de contingenti sequit conclusio de contigenti solū. ¶ Octaua cōclusio. ex eisdem modis si illa de necessario fuerit negatiua sequitur duplex conclusio. scilz ō ineſſe. z de contingenti p̄o possibili. ¶ Nona cōclusio. ex vna vniuersali et altera particulari et minore negatiua de contingenti fit sillo⁹ imperfectus qui perficitur per cōuersionem minoris in oppositam qualitatē. ¶ Decīa conclusio. in predicta dispositione si minor fuerit negatiua de necessario nulla sequitur conclusio. probatur sicut de modis vniuersalibus. Undecima cōclusio epilogat predicta z est h̄. ex predictis manifestū est quando et quo mō erit sillogismus in tertia figura. et quādo segtur cōclusio de p̄tingenti vel de ineſſe. ¶ Duodecima cōclusio. oēs sillogismi huius figure sunt imperfecti. perficiūtur aūt p reductionē ad p̄imā figurā. ¶ Ex predictis r̄ndet ad tria dubia. ¶ P̄o ad p̄imū q⁹ in p̄ima figura semper valet sillogismus ex altera de necessario z altera de contingenti: duabus cōditionibus ob'ſeruatis. ¶ P̄ia est q⁹ maior sit vniuersalis. ¶ Scōa est q⁹ minor nō sit negatiua de necessa⁹. ¶ Secūdo respōdetur ad z^m dubiū q⁹ in secūda figura valet predicta mixtio duabus cōditionib⁹ obseruatis. ¶ P̄ia q⁹ maior sit vniuersalis. Et secūda q⁹ illa de necessario sit negatiua. ¶ Tertio respōdetur ad tertiū dubiū q⁹ in tertia figura valet etiā predicta mixtio: duabus p̄ditionib⁹ obseruatis. ¶ P̄ia q⁹ altera p̄missa sit vlis. Scōa q⁹ b^or nō sit ne^ua de nec̄io.

Ad rationes ante oppositum. ¶ Ad p̄imā et ad tertiā simr̄ r̄ndet q⁹ nō bñ arguit eo q⁹ i tali mixtiōe p̄missa de ineē debet esse de ineē simplr̄. hic autē mior ponit de ineſſe vt nūc. ¶ Ad scōaz dr̄ q⁹ subiectū p̄clonis debz restrigi ad stādū p̄ci se p̄o eisdē sicut subiectū mioris. ¶ Ad q̄rtaz cōcedit q⁹ nō segt. eo q⁹ mioze negatia i z^a fi^a nihil segt. si vo mior q̄ē ne^ua de cōtīgēti p̄uertat i oppositā q̄litatē: tē bñ segt p⁹ nō qdē ne^ua sed p̄ticlaris a^ua de p̄tīgēti. ¶ Et h̄ de q̄stione.

Quaeritur Utrum omis sillo⁹ sit in aliq̃ trium figuraꝝ. Et videt q̃ nō quia iste est bonus sillo⁹ois hō ē aīal. oē aīal ē substantia ḡois homo est substantia. ꝛ tñ nō ē in aliqua triū figuraꝝ. ℂ 2° sic. ex ppōnib⁹ ex clusiuis reduplicatiuis et ifinitis fit bon⁹ sillogismus ꝛ tñ non ē in aliq̃ triū figuraꝝ. ḡ ꝛc. ℂ Tertio arguit sic. iste ē bonus sill⁹ sortes videt oēm equū: brunellus ē equ⁹ ḡ sortes videt brunellū. et tñ non ē in aliqua triū figurarum ḡ. ꝛc. ℂ In oppositū ē aristoteles.

Primo Sciēdū ē q̃ pro declaratione termioꝝ questionis ponūt q̃tuor distinctiones ꝛ vna suppō. Prima distin⁹ ē hec. duplex ē sillo⁹. quidā ē cathegoric⁹ cui⁹ vtraq; premissaꝝ ē ca⁹. alius ē ypotetic⁹ cui⁹ vtraq; vel altera premissaꝝ ē ypo⁹. ℂ Scōa duplex est sillo⁹ cathegoric⁹. quidā ē cui⁹ medium ē termin⁹ cōis cōiter tētus. alius ē cui⁹ medium ē termin⁹ singularis singulariter tētus sicut sillo⁹ expositoꝝ. ℂ Tertia distinctio. sill⁹ cathegoric⁹ iterū ē duplex. quidā ē cōstitutus ex rectis. quidā vero ex obligs. ℂ Quarta distinctio sillo⁹ cathegoric⁹ ē duplex. quidā ē oñsiuus qui assumit duas premissas in modo et figura dispositas virtute cui⁹ dispōis ifert suam cōclusionē. ali⁹ ē sillo⁹ ex ypothesi qui ex cōcessō a rñte ifert cōclusionē ex cui⁹ iterēptione ifert suā conclusionē probādā. ꝛ iste iterū ē duplex. qr qdā ē sillo⁹ ad ipossibile. de quo dicetur in secūdo hui⁹. Ali⁹ ē sillo⁹ ad trāsūptuz qui se trāsfert ad aliquā ypothesim pbādā. ex qua ypothesi ꝛcludit ppositū. ut si opponēs velit pbare q̃ aīa bois ē imortalis. tūc petito cōsēsu rñtis q̃ simile ē iudiciū ō aīa equi ꝛ hominis se trāsfert opponēs ad probādū. q̃ aīa equi ē imortalis. quo probato ifert principale ppo⁹ videlz q̃ aīa bois ē imortalis. ꝛ ℔ ppter ꝛcessionē respōdentis sibi datā. ℂ Suppō ē ℔ aliquē sillm̃ eē i aliqua triū figuraꝝ: ē ipsū habere duas premissas i quib⁹ extremitates cōclusionis vniūtur i aliquo medio dispōito secūdū exigentiā dispōis alicui⁹ figure.

Secundo Sciēdū ē q̃ quītus tractat⁹ i quo aristo. declarādo prius suppositā in gñatione sillogoꝝ tam vniformi q̃ diffformi docet resolutōnē sillogoꝝ in sua principia. et continet quattuor capitula. quoꝝ p⁹ in q̃ oñdit numerus figuraꝝ sillogisticaruz. continet principaliter duas cōclusiones. Prīa ē ℔ oēs silli imperfecti ꝓficiūt p reductionē ad modos vniuersales prīe figure. quā ꝛclusionē relinquit notā tā ex dictis q̃ ex dicēdis. tū qr dictū ē q̃ silli impfecti perfici pñt p reductōem ad primā figurā. Tū qr stati pbabit q̃ oēs sillo⁹ sūt i aliq̃ triū figuraꝝ. ℂ 2ª ꝛ° q̃ ē principalis hui⁹ capituli ē ℔. ois sillo⁹ ē i aliq̃ triuz figuraꝝ. pz qr ois sillo⁹ siue affirmatiu⁹ siue negatiu⁹. siue vlis siue particularis ē oñsiu⁹ vel ex ypothesi. sed ois talis ē i aliqua triū figurarū ḡ. ꝛc. Mioꝛ pbat arist. p q̃tū ad ei⁹ primam ptē. s. q̃ ois sillo⁹ oñsiu⁹ ē in aliq̃ triū figuraꝝ cui⁹ pbationē innuit in gnq; ꝛcluliōib⁹: quaꝝ primā tāgit in illa parte text⁹. si ḡ oporteat. a. de. b. sillo⁹ ꝛc. ē hec. Ad sillogisādū aliquā ppositionē nēcio ē sumere vnā ppōnē nō participātē vtroq; termio cū ppōe sillogisāda. ut ad sillogisādū istā ꝛclusionē. b. ē. a. nō oz accipere p añte istā eādē ppōnē. b. ē. a. sz vnā aliā. qr tūc peteret principiū. ex q̃ ppō sūpta ē eadē cū ppōe sillogisāda. ℂ 3ª. 2°. q̃ tangit ibi. Si añt. a. de. c. ē ℔. Ad sillogisādū aliquā ppōnē nō sufficit capere vnā premissā etiā i quacūq; figura qr ex vnica premissa: nihil sequit formaliter ꝛ sillogistice. ℂ Tertia cōclu⁹ q̃ tāgit ibi. Si ḡ sumat. a. de alio. ē ℔. Ad sillogisādū aliquā cōclusionē nō sufficiunt quecunq; due premisse sz oz quālz illaꝝ participare vno termio cū ppōe sillogisāda. sic intelligēdo q⁹ si vna premissaꝝ participet vno termio q⁹ altera participet altero termio ꝛ ābe nō participēt eodē termino. pz qr si ad sillogisādū istā ꝛclusionē. b. ē. a. sumat aliq̃ ppō nō cōicans i aliq̃ termio cum ista ppōe sillogisāda: nihil pbibet fieri sillm̃ a. d. b. aut non erit p ea q̃ sūpta sūt. ℔ ē q⁹ talis sillo⁹ nō cōcludet istā. b. ē. a. eo q⁹ altera ꝑmissarū sēperit ipertinēs ꝛ nō cōicās in altero termino cū ꝛclusione. ℂ Quarta cōclusio q̃ tāgit ibi. Oino eni dicim⁹. ē ℔. Ad sillogisādū aliq̃m ꝛclusionē oz capere terminū mediū q⁹ aliquo⁹ seb̄at subuciēdo vel predicādo in ordine ad termios ppōis sillogisāde. pz qr sicut sillo⁹ simpliciter q̃ nō ē ꝛctus ad aliquā ꝛclusionē ꝓcedit ex ꝑmissis simpliciter et non contractis seu copulatis ad aliquā ꝛclusionē. sic etiā sillo⁹ ꝛctus ad hāc ꝛclusionē vel ad illā oz ꝓcedere ex premissis copulatis ad talē conclusionem. sed premissas copulari ad aliquā ꝛclusionem

est ipsas cōuenire in aliquo termio medio qui per illas premissas se habeat subyciendo vel p̄dicādo in ordine ad termios cōclusiōis sillogizāde. ex quo cōcludit aristo. q̄ necesse ē mediū esse cōmune vtriq; extrēitatū. nō quidem cōmunitate p̄dicatiōis. sed cōmunitate copulationis extremoꝝ cōclusionis. ¶ Quita ꝯclusio que tāgitur tbi. ergo si necesse: est hec. omis sillo⁹ ostensiu⁹ est in aliqua triū figuraꝝ. patz quia in oi sillogismo ostēsiuo sumitur aliquod mediū cōmune vtriq; extremorum. et hoc tripliciter. quia vel illud cōmune subycit vni extremoꝝ: et predicat de alio. ⁊ sic ē p̄ma figura. vel predicat de vtraq;. et sic est secūda figura. vel subicitur vtriq;. et sic ē tertia figura. Et licet aliq̄ cōclusio possit sillogizari per vnū mediū vel per plura: semper tamē redibūt eedē figure. quia si mediū variet variabitur ⁊ sillogismus. et sic qualitercunq; mediū variet necesse est ipsū se habere ad extrema altero triū predictoꝝ modorū. ideo ois sillo⁹ erit i aliqua triū figuraꝝ. Ex bis quiq; cōclusionib⁹ posset formari talis ratio ad p̄bādū p̄mā partem predicte minoris. quia in oi sillogismo ostensiuo necesse est accipere aliquā propōnē p̄ quā ostenditur predicatū cōclusionis de subiecto. vel ergo illa propō sumitur sola. et sic nō fit sillogism⁹. vt dicebat secūda conclusio. vel g̊ illa propositio sumitur cū vna alia. et hoc dupliciter. vel ille due p̄positiōes cōmunicāt vtroq; termino cū ꝯclusiōe sillogizanda. ⁊ sic ñ fit sillogism⁹. sed petitur p̄cipium. vt dicebat p̄ma ꝯclusio. vel ergo in nullo termio participāt. et sic iterꝝ non fit sillogism⁹. quia sunt impertinentes respectu ꝯclusionis sillogizāde. vt dicebat tertia cōclusio. vel participāt in altero termio tantū. et hoc dupliciter. q̄ vel ille due p̄poēs copulant subyciēdo vel predicādo vnū tertium mediū cū extremo p̄pōnis sillogizāde. vt tangebat in quarta cōclusiōe. vel nō: si nō. tūc fit sillo⁹. si sic hoc est dupliciter. vt deducebat quita cōclusio. quia vel ille termin⁹ medi⁹ subicitur in p̄ma et predicat in secūda. et sic est p̄ma figura. vel p̄dicat in vtraq;. ⁊ sic est secūda figura. vel subycitur in vtraq;. et sic est tertia. et cū nō sint plures habitudines medy ad extrēa cōclusionis sillogizāde sequitur q̄ omnis sillo⁹ est in aliqua triū figuraꝝ. Cōsequent probat secūdā partē dicte minoris. scilz q̄ ois sillogismus ex ypotesi est in aliq̄ triū figuraꝝ. pro cuius probatione adducit duas cōclusiones partiales. ¶ Quaꝝ prima est hec. omis sillogismus ad ipossibile est in aliqua triū figurarū. patet. quia omnis sillogism⁹ ostensiu⁹ est in aliqua triū figuraꝝ. sed sillo⁹ ad ipossibile quo ad ei⁹ primū processū est ostēsiu⁹. ergo ꝛc. minor patet. quia sillo⁹ ad ipossibile est q̄ ex concessis ab aduersario cū vno mānifeste vero sillogizat ostensiue aliquod falsū. ex cui⁹ falsitate infert falsitatē propōnis cōcesse a respondente. vt si quis proponat istā propositionē: dyameter est assymeter. et respōdens eā negauerit. tunc accipit cōtradictoria ei⁹ scilicet q̄ dyameter ē symeter. ex qua infertur q̄ superabūdātia erut equalia perfect]. idest q̄ numer⁹ impar erit eq̄lis numero pari. quod est ipossibile. ex cui⁹ impossibilitate infertur falsitas illi⁹ p̄pōnis assūpte dyameter est assymeter. et tamen concluditur veritas sue cōtradictorie. scilicz isti⁹ dyameter nō est assymeter. que erat cōclusio p̄bāda. ¶ Secūda cōclusio partialis est ista omēs alij sillogismi ex ypotesi fiunt in aliqua triū figuraꝝ. patet. quia in oibus sillogismis ex ypotesi alys fit sillogism⁹ ad transūptū. sed sillogismus ad transūptum fit in aliqua triū figurarum. cum ostēdat ex aliquo transūpto aliquā conclusionē. ergo omnes sillogismi alij ex ypothesi fiunt in aliqua triū figuraꝝ. et sic omnis sillogismus tam ostensiu⁹ q̄ ex ypotbesi fit in aliqua triū figuraꝝ. Infert vlterius q̄ omnis sillogismus perficitur per p̄mā figurā reducendo ad modos vniuersales prime figure.

Tertio Sciendū est q̄ circa hunc textū incidit vna difficultas. vtruz ista sit vera. dyameter est assymeter. ¶ Respōdetur per q̄ttuor suppositiones. ⁊ duo dicta. Prima suppositio est hec. quadratū est figura habens quattuor latera equalia. Secūda suppō dyameter est linea longissima in quadrato diuidens quadratū in duas partes equales procedens ab vno cono quadrati ad aliud sibi oppositū cōtradictorie. Tertia suppō. costa quadrati est linea qua clauditur quadratū. cuiusmodi sūt quattuor linee ex quibus perficitur quadratū. Quarta suppositio. symeter est idē q̄ cōmensurabile coste quadrati. ¶ Primū dictū. ad hoc q̄ alique quātitates sint ꝯmēsurabiles oportet q̄ habeant vnā mensurā cōmunē que aliquotiens sūpta reddat primā quantitatē p̄cise. ⁊ illa eadē aliquotiēs sūpta red-

dat secundā quantitatem precise. vt numerus par et numerus impar sunt quantitates ōmē surabiles. quia habent mensuram cōmunem scilicet vnitatem. vnitas enim bis sumpta reddit precise quantitatē numeri paris. et etiam vnitas ter sumpta reddit precise quātitatem numeri imparis. ¶ Secūdū dictum. ista ppositio: dyameter est coste symeter est falsa. patz quia dyameter est assymeter. idest non cōmēsurabilis coste quadrati. ¶ Circa capitulum sequens oritur etiā vna difficultas. quid est angulus equicrus. Respondetur per vnam suppositionem. et vnū dictum. ¶ Suppositio est hec. q̄ a centro circuli ad eius circunferentiā protenduntur duo recti dyametri cōcludentes vnam portionē circuli. qui scilicet dyametri vocentur. a. b. ex ductu autem illoz̄ duoz̄ dyametrozum. a. b. a centro circuli ad eius circunferentiam causatur angulus qui vocatur triangulus semicirculi et anguli causati ex incidentia linearum. a. b. supra circunferētiam circuli vocantur anguli semicirculi. ¶ Secunda suppositio. q̄ a puncto. a. ad punctū. b. protendatur linea recta concludens vnam portionem circuli que linea vocetur basis. tunc anguli causati ex incidentia basis supra circulum ex vtraq̄ parte vocantur anguli incisionis: signabiles per istas litteras. c. d. sed triangulus causatus supra lineas. a. b. vocatur triangulus equicrus: siue equitybiarum. cuius āguli causati ex protractiōe ipsius basis supra lineas. a. b. vocātur equi anguli ad basim. signabiles p istas duas litteras. e. f. ¶ Dictum est istud. triangulus equicrus est triangulus constitutus ex tribus lineis rectis equalibus.

¶ Pro facilioꝝ declaratione huius presentis textus et questionis: et maxime tertij notabilis quo ad eius primā difficultatem poni solet prima figura sequens in proxima colūna.

Quadratū.



¶ Similiter ad euidentiam secunde difficultatis tertij notabilis questionis precedētis: solet poni figura sequens.



Conclusio Responsalis. Omis syllogismus est in aliqua trium figurarū. Dec cōclusio satis patet per rationē textus. intelligendo tamē cōclusionē de syllo cathegorico. quia oīs syllo⁹ cathegoricus ē foz maliter vel reductiue in aliqua triū figurarū.

Primo Dubitatur. vtrū in omni syllogismo necesse sit aliquā ꝑmissarum esse affirmatiuā. et aliquā esse vniuersalem. ¶ Pro dubio supponit q̄ aristo. in hoc secundo capitulo ostendit aliqua necessario requisita ad hoc q̄ aliquis syllogism⁹ sit dispositus

secundū aliquam figurā. et continet quiq; cō clusiones. ¶ Quaꝝ prima est hec. in omni sillogismo necesse est aliquā premissaꝝ esse affirmatiuam. ¶ Secūda cōclusio. in omni sillogismo necesse est aliquā premissaꝝ esse vniuersalem. quia si neutra p̄missaꝝ esset vniuersalis: sequeretur aliquod illoꝝ duorum incōuenientium. vel ꝙ nō ostēderet propositū. vel ꝙ peteretur p̄ricipiū. quoꝝ quodlibet ipedit bonitatem sillogismi saltē probatiui. ꝯsequētia patet q̄ttuor exēplis. Quorū primū est morale. non eni sequitur: voluptas est studiosa. sz musica est voluptas. ergo musica ē studiosa. quia vel in maiori sumit̄ voluptas pro musica voluptate. et sic est petitio p̄ricipij. vel sumit̄ ꝑ aliqua alia voluptate. et sic nō ostendit̄ ꝓpositū nisi ad subiectū maior] addat̄ signū vniuersale. Alia tria exēpla sunt mathematica. quorū primū est. anguli semicirculi sunt equales. sed anguli. a. c. et. b. d. sunt anguli semicirculi. ergo inter se sunt equales. Scōz exēplū. anguli incisionis sūt eq̄les. sed anguli. c. d. sūt anguli incisiōis. ḡ anguli. c. d. sunt equales. Tertiū exēplū. si ab equalib⁹ equalia demantur q̄ remanēt erūt equalia. sed āguli incisiōis sūt eq̄les. ergo ab ipsis dēptis angulis semicirculi ⁊ angulis equicr⁹ erūt equales. isti sillogismi nō valēt. nisi subiecto maioris addatur signū vniuersale. ¶ Tertia ꝯ⁹ cōclusio vniuersalis non sillogizat̄ nisi ex duab⁹ vniuersalib⁹. sed particularis pōt indifferēter cōcludi: vel ex duab⁹ vniuersalibus. vel ex altera vniuersali tantū. ¶ Quarta ꝯ⁹ si conclusio sit vl̄is oportet ābas p̄missas esse vl̄es. si tamē ābe p̄misse sint vl̄es nō oportet cōclusionē esse vniuersalē. ¶ Quinta ꝯ⁹ in oi sillogismo nec̄e est aliquā p̄missarū esse similē cōclusiōi. nō solū quātū ad affirmationē et negationē: sed quātū ad hoc ꝙ est de inesse vel de cōtingēti vel nec̄io non tñ oportz huiusmodi sil̄itudinē attēdere ex pte q̄ntitat̄ ꝓpōnū. Cōsequēter epilogat omia pri⁹ dicta.

Secūdo Dubitat̄. vtrū oīs sillogismus ꝯstet tātū ex trib⁹ termis ⁊ duabus propositionibus. ¶ Pro cui⁹ solutōe supponitur ꝙ aristo. in hoc tertio capitulo docet resoluere sillogismos in sua p̄ricipia materialia. et cōtinet septē cōclusiōes. ¶ Quarū p̄ria est hec. omnis sillogismus habet tres termios et nō plures. Patet. qꝛ omnis sillogism⁹ vnus vnicā habet cōclusionē. aut plures. nō plures. quia tūc nō esset vn⁹. ergo habet tantū vnaz. vel ergo vna cōclusio ostēditur ꝑ vnicū medium. vel per plura. nō per plura. quia tūc sillogismus non esset vnus. ergo per vnū tantū. et per cōsequēs in omi sillogismo nō est nisi vnū mediū. et duo extrema. et sic nō erūt nisi tres termini. ꝙ autē sillogismus nō sit vnus si conclusio ostendat̄ per diuersa media patet. supposito ꝙ cōclusio sillogizāda sit. e. que debeat ꝯcludi per ista q̄ttuor media. a. b. c. d. tūc oportet ꝙ. a. et. b. se habeāt sicut totū et pars. quia si aliter se haberēt ex eis nihil concluderet̄. si vero se habeant sicut totū et pars tunc vel ex ipsis cōcludit̄. e. aut aliquod aliud. si primuz. sic erunt plures sillogismi. et sic eadē conclusio ostēdet̄ per plures sillogismos. si non. tunc frustra assumebantur ille premisse. ¶ Secunda cōclusio. omnis sillogism⁹ constat tantū ex duabus propositionib⁹. Patet. quia omnis sillogismus habet tantū tres terminos. ḡ habet tantū duas ꝓpōnes. tenet ꝯña. quia ex tribus termis non fiūt nisi due ꝓpōnes. partim differentes et partim cōuenientes. ¶ Tertia ꝯclusio. si in aliqua demōstratiōe premisse nō sint pares. hoc est sint plures vel pauciores duab⁹ tunc necesse est ꝙ oīno talis demōstratio ñ sit sillogistica. vel ꝙ aliq̄ sint sūpta que nihil faciunt ad illationē cōclusiōis. ¶ Quarta ꝯclusio. numer⁹ propōnū sillogismi est perfect⁹. quia ē numer⁹ par. sed numer⁹ terminoꝝ est abūdās quia est numerus impar. ¶ Quinta conclusio est hec. numerus terminoꝝ sillogismi semper excedit numeꝝ propositionū in vno. quia propositiones sunt due. et termi sunt tres. ¶ Sexta conclusio. in sillogismis cōpositis aliquando termini sunt pares. et aliquando īpares. sēper tamē termini excedūt numerū propōnuz in vno. ¶ Septima cōclusio. numer⁹ ꝓpositionū semꝑ excedit numerū cōclusionū in vno.

Tertio Dubitatur. vtrū vniuersalis affirmatiua sit difficillima ad ꝯcludendū. ¶ Pro solutione supponitur ꝙ in hoc quarto capitulo ostendit aristoteles que ꝯclusio est facilis ad sillogizandū. et que difficilis. Et continet octo cōclusiones. ¶ Quaꝝ prima est hec. illa conclusio est facilis ad sillogizādū que concludit̄ in plurib⁹ figuris: et per plures casus. idest per plures modos. et illa cōclusio est difficile sillogizabilis que ī paucioribus figuris. et per pauciores modos concluditur.

¶ Secūda ꝯclusio. vniuersalis affirmatiua solū cōcluditur in prima figura. ⁊ i vno solo mō. vniuersalis autē negatiua concluditur in vno mō prime figure: et in duobus secūde. sed particularis affirmatiua cōcludit̄ in vno mō prīe figure. et in tribus tertie. particularis vero negatiua per primā figurā concludit̄ vno mō. ꝑ secundā duobus modis. et per tertiā trib⁹ modis. ¶ Tertia ꝯclusio. vniuersalis affirmatia est difficillima ad cōcludēdū. ¶ Quarta ꝯclu⁹ propō vniuersalis est facillima ad destruēdū. quia destruitur per suā particularē ꝯtradictoriā que est faciliter sillogizabilis. ¶ Quita conclusio. facili⁹ est cōstruere particularē q̄ dstruere. quia particularis nō pōt destrui nisi ꝑ cōstructionē sue vniuersalis ꝯtradictorie que est difficillima ad cōcludēdū. ¶ Sexta ꝯ⁹ q̄ttuor genera propōnū dstruūtur per se iuicē. scz vniuersalis affirmatia per particularē negatiuā. et ecōtra particular] affirmatiua per vniuersalē negatiuā. ¶ Septima ꝯclu⁹ propō vniuersalis nūq̄ construitur per ꝓpositionē particularē sibi subalternā. sed bene ecōtra. ¶ Octaua cōclusio. facilius est destruere vniuersalez q̄ cōstruere. quia vniuersalis vno solo modo construitur. sed destruitur duobus modis.

Ad rationes Ante oppositū. ¶ Ad p̄mā dicitur ꝙ ille sillo⁹ est virtualiter in prima figura quia nō differt a prīa nisi per solam transpositōnē premissaꝝ que transpositio nō diuersificat figuraz. ¶ Ad secūdā et tertiā dicitur ꝙ tales sillogismi sunt formalit̄ vel reductiue in aliqua triū figuraꝝ.

Queritur Utrū ad sciētiam libri priorū pertineat dare artem iueniēdi mediū. ¶ Et arguit̄ prīo ꝙ nō. quia sciētia libri priorū est resolutoria. sed si daret artē iueniēdi mediū esset iuentiua ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo arguitur. illa sciētia tractat de resolutiōe cōseq̄ntie ⁊ nō ꝯñt]. ergo non habet resoluere sillo^m i sua pricipia materialia. et per cōsequēs nō habet dare artē inueniēdi mediū. ¶ Tertio argr̄ in hac scientia determiat de sillogismo nō contracto. sed regule artis iueniēdi mediū solum possūt applicari ad sillogismū cōtractū. cū ibi solū debeāt esse añcedētia et cōsequētia. ergo ad istā sciētiā ñ pertiet dare artē iueniēdi mediū. ¶ In oppositū tamen est aristoteles.

Primo Sciendū est ꝙ pro declaratione termioꝝ quibus vtit̄ aristoteles in textu ponūtur sex suppositiōes. Prīa suppositio est hec. omnes cōbinationes tā vtiles q̄ iutiles significantur per dictiōes cōtentas in his versibus. Fecana. cageti. dafenes. hebare. gedacho. Hebali stant: sed non cōstāt febas. hedas. et heca. Secūda suppō est hec. predictaꝝ nouē dictōnū sex prime trissyllabe representant cōbinationes vtiles. et alie tres dissyllabe representant cōbinationes iutiles. Tertia suppositio. ꝙ ātecedēs ad subiectū vl̄ predicatū conclusionis est termin⁹ qui v̄e vniuersaliter et affirmatiue natus est subyci i ꝓpositione respectu subiecti vel predicati ꝯclusionis. Sed cōsequēs ad subiectū vel predicatum est termin⁹ qui vere vniuersaliter ⁊ affirmatiue natus est p̄dicari de subiecto vel predicato cōclusionis. Extraneū vero ad subiectuz vel predicatū cōclusionis est termin⁹ qui vere vniuersaliter et negatiue natus est subyci vel predicari de subiecto vel predicato cōclusiōis Quarta suppō. in predictis sex dictionib⁹ trissyllabis vltia vocalis designat qualitatē ⁊ quātitatē cōclusionis sillogizāde. ita ꝙ si in vltio loco ponatur. a. designat propositionē vniuersalē affirmatiuā. et. e. designat vniuersalē negatiuam. i. vero designat particularē affirmatiuam. sed. o. designat particularē negatiuam sillogizandā. Quinta suppō. predictaꝝ dictionū tertia vocalis representat totā cōclusionez sillogizandā. sed due prime vocales q̄ sunt. a. ⁊ e. represertāt extrema ipsius cōclusiōis. ita ꝙ a. representat predicatū. et. e. representat subiectū conclusiōis sillogizāde. Sexta suppositio est h. in predictis dictionib⁹ iste tres littere b. c. d. designant habitudinē medij ad predicatū cōclusiōis. ita ꝙ. b. denotat mediū esse cōsequēs ad predicatū cōclusiōis. et. c. denōt mediū esse antecedēs ad predicatū cōclusionis. d. vero denotat mediū esse extraneū ad predicatū ꝯclusionis. Sed iste tres littere. f. g. h. denotāt habitudinē ad subiectū cōclusiōis. sic. s. ꝙ. f. denotat ꝙ mediū debet esse cōsequēs ad subiectū cōclusionis. g. vero denotat ꝙ medium debet esse añs ad subiectū cōclusiōis. sed h. denōt ꝙ mediū debet esse extraneū ad subiectū cōclusionis. Ista suppositio patet ꝑ hos versus. Predicat. a. b. seq̄ns c. p̄cedit. d. sit ex̄. E. subyt. f. sequitur. g. precedit. h. sit extra.

Secundo Sciendū est q̄ in hoc sexto tractatu dat aristoteles artē inueniendi mediū ad quodlibet genꝰ cōclusionis sillogistice sillogizādū. et cōtinet tria capitula. in quoꝝ prio declāt hꝫ artē inueniēdi mediū. et continet duas ptes principales. q̄rū prima cōtinet duodeci cōclusiōes. et in pria tāgit intētū que ē hec. ¶ Nūc dicēdū est quo mō erumꝰ ydonei ad sillogizādū ad ꝓpositū. ꝛ per quā viā sumētur principia ad inferēdū quaslibet cōclusiōes. q̄ nō solū oz cōsiderare gñatōnē sillogꝝ. sed etiā oportet habere prōptitudinē faciēdi eos. Alie quidē cōclusiōes tāgūt gn q̄ cōsiderationes gñales. ¶ Quaꝝ pria ē hꝫ. eorū que sūt q̄dā sūt talia que de nullo ve ꝛ vniuersaliter p̄dicātur. vt cleon ꝛ callias. et omne quod est singulare ꝛ sensibile. nā pene vnūq̄ q̄ sensibiliū est hꝫ vt de nullo predicet nisi secūdū accns. vt dicēdo albū ē socrates. veniēs est callias. Alia sūt q̄ predicātur de istis ꝛ etiā alia que predicant de ipsis. vt aīal predicatur de boue. ꝛ bō de callia. Alia sūt q̄ de alys predicant et de quibꝰ nulla prioza predicāt nisi ꝑm opinionē. i. denoiationē. quia alias esset ꝓcessus in infinitū qō est falsū quia in sursū pergētibus quādoq̄ statur. vt patebit prio posteriorū. ¶ Scda cōsideratio ē hec. data alīq̄ ꝯclusione oportet cōsiderare ea q̄ sūt ꝟtibilia cū terminis illiꝰ cōclusiōis. sicut sunt diffinitiones et propē passiones eaꝝ. ¶ Tertia cōsideratio. oportet cōsiderare añcedētia et cōsequētia et extranea cōclusiōis probāde. ¶ Quarta cōsiōratio. oportet ꝯsiderare q̄ sūt illa cōsequētia q̄ se cōsequūt essentialiē in eo qōquid est. et que accidētaliter. ¶ Quīta cōsideratio. oportz ꝯsiderare que sūt illa q̄ cōsequūt scōm veritatez et que secūdū opinionē. quia quanto aligs plā taliū poterit inuenire: tāto magis est ydoneus ad sillogizandū cōclusionē ꝓpositā. et quātotalia erūt prioza tanto efficaciꝰ demonstrabit. ¶ Alie quidē cōclusiōes tāgūt quidē cōsiderationes speciales. Quaꝝ pria est hec. ad dāduz cōsequēs alicuiꝰ oportet dare illud quod cōsequitur ad ipsū totū. idest illud qō predicat vniuersaliter de ipso. et ad sumēdū añcedētia oz accipere illud quod añcedit. idest qō subycit vniuersaliter. nō tamē q̄ signū vniuersale ponatur ad predicatū. vt dicēdo boiē esse oīe animal. vel musicū esse omnē disciplinā q̄ illa ꝓpositio in q̄ signū vniuersale ponit ad predicatū est inutilis et ipossibilis. vt ois bō est omne aīmal. vt omnis iustitia est oīe bonū. Secūda cōsideratio. ad dādū cōsequētia alicuius oportet sumere cōsequētia propria ꝛ nō ꝯsequntia q̄ sunt cōmunia ad vtrūq̄ extremū ꝯclusionis. Tertia cōsideratio. ad sumēdū extranea alicuiꝰ extremi ꝯclusionis oportet sumere extranea propria et nō cōmunia subiecto vel predicato. Quarta cōsideratio. oportet sumere ꝑia que sēper vel vt in pluribꝰ ꝯsequūtur. Quinta ꝯsideratio. nō oportet sumere prō ꝯsequētibꝰ illa que sequūtur ad oia. ¶ In secūda ptē declarat in speciali artē inueniendi mediū. et cōtinet duo pūcta. quoꝝ primū cōtinet octo cōclusiones. ¶ Prima cōclusio est hec. ad cōcludendū vniuersalē affirmatiuā oportet capere aligd quod sit cōsequēs ad subiectū cōclusiōis et illud idē sit antecedēs ad predicatū eiꝰ. ꝛ sic fiet sillogꝰ in barbara. ¶ Secūda ꝯclusio. ad cōcludēdū particularem affirmatiuā oportet capere mediū qō sit ātecedēs tā subiecto q̄ predicato cōclusionis. et sic fiet sillogismꝰ in darapti. ¶ Tertia ꝯclusio est hec. ad cōcludēdum vniuersalē negatiuā in secūdo mō ꝓme figure. vel in ꝓmo secūde: oportet capere medium quod sit cōsequēs ad subiectū. et extraneū ad predicatū. ¶ Quarta cōclusio. ad cōcludēdū vniuersalē negatiuā in secūdo scōe oportet capere mediū qō sit cōsequēs ad predicatū ꝛ extraneū ad subiectū. ¶ Quīta cōclusio. ad sillogizādū particularē negatiuaz in scōo tertie sumendū est mediū qō sit ātecedēs ad subiectū et extraneū ad predicatū. Das quidē cōclusiones declarat aristoteles per ordinē vno notabili. supposito scilz q̄ predicatū cōclusionis significetur per. a. et. per. b. cōsequēs ad ipsuz. ꝛ per. c. añcedēs. per. d. vero extraneū ad predicatū cōclusionis. sed. e. sit subiectū cōclusiōis. et. f. cōsequēs ad ipsū. et. g. antecedēs. et. h. extraneū ad subiectū. hoc supposito ꝓio probat primā ꝯclusionē. nā si quis velit probare hanc cōclusionē: oīe. e. est. a. debet ꝓ medio capere c. f. arguēdo sic in ꝓio ꝓie. omne. c. f. est. a. oīe. e. est. c. f. ergo oīe. e. est. a. Declāt secūdo scōam cōclusionē. nā si quis velit probare istā quoddaz. e. est. a. debet ꝓ medio capere. c. g. arguēdo in ꝓio tertie sic. oīe. c. g. est. a. omne c. g. est. e. ergo quoddaz. e. est. a. Tertio declāt tertiā cōclusionē. nā si quis velit probare istā ꝯclusionē: nullū. e. est. a. debz ꝑ medio capere

d.f.arguēdo in secūdo mō prime.nullū.d.f.est a.oñe.e.est.d.f.g̃ nullū.e.est.a. Quarto pbaī quarta cōclusio.quia probādo istā nullū.e.est a.in p̄mo secūde debet pro medio capi.b.b. arguēdo sic.oñe.a.est.b.b.nullū.e.est.b.b.g̃ nullū.e.est.a. Ultio pbat vltimā cōclusionē. naz ad cōcludēdū in scōo tertie istā pticularē negatiuā quoddā.b.nō est.a.debet capi pro medio d.g.sic arguendo.nullū.d.g.est.a.oñe.d.g.est b.g̃ quoddā.b.non est.a. ¶ Sexta cōclusio. ad fillogizandū particularē affirmatiuā idirecte debet pro medio capi.b.g.arguēdo sic. oñe.b. g.est.a.omne.c.est.b.g.ergo omne.c.est.a. que cōclusio si cōuertatur infert illā particularez affirmatiuā:quoddā.a.est.c. ¶ Septia cōclu: volenti probare aliquā conclusionē inspicien dum est ad ātecedētia cōsequētia et extranea predicati et subiecti cōclusionis.quia ad ea inspiciēdum est per que probatur omne genꝰ cōclusionis.hoc autē fit p predicta.g̃ tē. ¶ Octaua cōclusio est. q̄ inspiciendo ad antecedētia et cōsequētia oportet accipere antecedētia et oña magis vniuersalia. quia cuicūq; inest minus vniuersale:eidem iest magis vniuersale.

Tertio Sciendū est q̄ in secūdo puncto ponit aristoteles cōbinatiōes inutiles.et continet quīq; conclusiones. In quarum prima resumit cōbinatiōes prius enumeratas. Et subdit vnū documētū q̄ non oportz capere illa que sequūtur ad oīa.ideſt tā ad subiectū q̄z ad predicatū cōclusionis.quia ex ipsis non potest fieri fillogismus.neq; affirmatiuus quia argueretur ex puris affirmatiuis in secūda figura.neq; negatiuꝰ.cum ipsa de nullo posset negari. ¶ Secūda cōclusio tāgit primā cōbinationē inutilē quando mediū est cōsequns ad vtrūq; scilz ad predicatū et ad subiectū cōclusionis:tunc talis cōbinatio est iutilis. quia in tali dispositione arguitur ex puris negatis i secūda figura. ¶ Tertia cōclusio tangit secundam cōbinationem iutilē quando mediū est antecedens ad predicatū ⁊ extraneū ad subiectum:talis dispositio est iutilis.quia in tali dispositione arguitur mioze negatiua in prima figura. ¶ Quarta cōclusio tangit tertiā cōbinationē iutilem.scilicz quādo mediū est extraneū ad vtrūq;:talis cōbinatio est iutilis. quia arguitur ex puris negatiuis. ¶ Quinta conclusio refutat vnam cōsiderationem antiquorum quā ponebant valere ad cōcludendum negatiue.et ē hec. data aliqua cōclusione negatiua oportet videre ad antecedētia ⁊ cōsequentia subiecti ⁊ predicati.et videre an illa cōsequentia sint sibi ad iuicem cōtraria.et si sic: tūc sūt cōuenientia media ad cōcludendū predicatū non ineſſe subiecto.et de hoc explificat in terminis non significatiuis. Sed extra textū potest poni tale exēplum in terminis significatiuis.vt sit ista cōclusio.nulla iustitia est iiustitia. cōsequēs ad subiectū est virtus.et consequēs ad predicatū est vitiū.ideo vterq; est medium vel saltem potest sumi pro medio ad ostendēdum istam cōclusionē. nā primū quod est virtus potest accipi pro medio in secundo mō p̄me figure arguēdo scilicet sic. nulla virtus est iiustitia.omis iiustitia est virtus.ergo nulla iustitia est iiustitia.Et similiter posset explificari in primo modo secūde figure. sed viciū pōt sumi pro medio in secūdo secūde arguēdo sic. omnis iiustitia est viciū. nulla iustitia est viciū.ergo nulla iustitia est iiustitia. Istam cōsiderationem reprobat aristoteles. quia vel ad concludendum talem conclusionem oportet sumere vtrumq; pro medio.vel alterū tantuz. non vtrumq;.quia talis fillogismꝰ haberet plura media.non alterū tantū.quia alterū nō habet virtutem cōcludendi ratione dicte cōclusionis.sed primū habet virtutē cōcludēdi ratione tertie regule superiꝰ date.et secundū ratione quarte regule superius date.

¶ Ut ars inueniendi mediū cunctis sit facilis plana atq; manifesta:ad eius declarationē ponitur sequens figura: que cōmuniter propter eius apparentē difficultatem pons asinoꝝ nūcupatur:licet intellectis dictis in hoc passu oībus possit esse familiaris ac intellecta.

Ē
ētum
Extremum
Illius ad predicatū
Consequens ad predicatum
A
predicat
B
Darij
Darapti
Darij
Darapti
Inconstans quia ex puris affirmatiuis sequitur nihil
Inconstans quia ex puris negatiuis nihil sequitur
Inconstans ubi obus figuris ex puris negatiuis nihil sequitur
Inconstans ubi obus figuris ex puris negatiuis nihil sequitur
Potes concludere particulare
Potes concludere particulare
Potes concludere p̄ticulare affirmatiuā i tertia figura
Potes concludere p̄ticulare affirmatiuā i tertia figura
Potes concludere p̄ticulare affirmatiuā i tertia figura
Potes concludere p̄ticulare affirmatiuā i tertia figura
Inconstat oīb figuris nihil sequi
Inconstat oīb figuris nihil sequi
Celarent
Celarent
Ferio
Ferio
Celarent
Celarent
Ferio
Ferio
Darij
Darapti
Darij
Darapti
G
H
F
fallecti
Extremum
Fallecti
Consequens ad subiectum
Antecedens ad subiectum

Conclusio Respõsalis ad istã scientiam pertinet dare artẽ inueniendi mediũ. patet. qz finis huius sciẽtie ẽ pfecta cognitio sillogismi q̃ nõ potest haberi nisi sciam⁹ prõpte z facilẽ ꝓponere sillogismos. g̃

Primo ars est necessaria in ista sciẽtia. Dubitatur. vtrũz ars predicta inueniẽdi mediũ valeat in sillogismis ex ypothesi. ¶ Pro dubio supponẽdũ ẽ q̃ aristo. in .b. secundo capitulo ostẽdit istã artẽ esse sufficiẽtem ad omnẽ sillogismũ. et continet sex cõclusiones. ¶ Quaz prima est hec. predicta ars est generalis ad omnẽ sillogismũ per impossibile patet. qz ista est gñalis ad omnẽ sillogismum ostẽsiuũ. vt patuit in capitulo precedẽti. ergo est generalis ad omnẽ sillogismũ per impossibile. ꝺ̃a tenet. qz quicqd sillogizatur ostẽsiue sillogizatur per ipossibile. et ecõtra. q̃ autẽ cõclusio sillogistica ostensiue possit sillogizari p ipossibile probat aristo. in conclusiõe pticulari affirmatia et vli negatiua. vt sit .b. ꝯclu⁹ nullũ. e. est. a. ostẽsiue sillogizata in camestres p .b. mediũ. b. b. arguẽdo sic. oẽ. a. est. b. b. nullũ. e. ẽ b. b. g̃ nullũ. e. est. a. ista ꝺ⁹ per eosdẽ terminos sillogizatur p ipossibile. capiẽdo ꝯtradictoziũ ꝯclusiõis cũ maiore ad iferẽdũ ꝺictoziũ mioris arguẽdo sic i darij. oẽ. a. est. b. b. q̃ddã. e. est a. g̃ quoddã. e. est. b. b. cõclusio est falsa. ergo et aliq̃ premissaz. nõ maior. g̃ minor. q̃ ẽ ꝯtradictoria ꝯclusiõis prioris sillogismi oñsiui. z tũc vltra. illa mior scz quoddã. e. est. a. est falsa. ergo sua ꝯtradictõ. s. nullũ. e. est. a. est vera. z illa fuit ꝯclusio prior sillogismi oñsiui. Similr q̃ illa ꝺ⁹ q̃ sillogizaf p ipossibile possit oñsiue sillogizari ꝓbat aristo. qz ex opposito ꝯclusionis silli p ipossibile cũ ꝑmissa q̃ manet eadẽ i sillo oñsiuo z per ipossibile iferẽ oppositũ illius qõ fuit ostẽsũ ad ipossibile. z ꝺ̃similr posset ꝺ̃clãri de pticulari affirmatia. In .b. tũ ẽ dña iter sillogismũ ostẽsiuũ z ad ipossibile. qz i sillo oñsiuo neẽe est q̃ ãbe ꝑmisse sumaf tãq̃ vere. z i sillo p ipossibile neẽe ẽ q̃ aliq̃ ꝑmissaz sumaf tãq̃ falsa. ¶ Scõa cõclu⁹ ars predicta ẽ gñalis ad oẽm sillom ad trãsũptũ. qz licet sillo⁹ ad trãsũptũ nõ ostendat pricipale cõclusionẽ p hãc artẽ: tñ oñdit cõclusionẽ ad quã se trãsfert. ideo quo ad illã cõclusionẽ indiget illa arte. ¶ Tertia cõclu⁹ ista ars est gñalis ad oẽs sillos secũdũ q̃litatẽ i subiect]. qz talis sillo⁹ sillogizat vl̃e loco pticular]. ergo in tali sillogizatiõe indiget arte predicta. Et etiã ad sillogismũ secũdũ inspectionẽ pticularẽ. cõtingit enĩ et alio mõ sillogizare quedã boz. vt vniuersalia p particularẽ ispectionẽ ex ypothesi. et hoc ẽ supposita ꝟuertibilitate termioz. vt ꝺeclãt aristo. p terminos nõ significatiuos tã de vli negatia q̃ affirmatiua. ¶ Quarta cõclusio. per artẽ dictã fiũt sillogismi de modo. qz in talibus oportet aspicere ad antecedẽtia cõsequentia z extranea sicut in illis de ineſſe. ergo ista ars est illis generalis sicut illis de ineſſe. Est tamẽ in hoc ꝺiffẽrentia. quia in sillogismis de ineſſe oportet accipere antecedẽtia ꝯsequẽtia et extranea que similiter isũt vel non insũt. sed in illis de cõtingenti oportz accipere añcedẽtia et extranea q̃ contingunt siue possũt ineſſe vel nõ ineſſe. Ex quib⁹ infert q̃ non est possibile aliquẽ sillogismũ fieri nisi secũdũ artem dictam. patet. quia non est possibile fieri aliquez sillogismum gn sit in aliqua trium figurarum. sed omnis talis fit secundũ artem ꝓius dictã. ergo ꝛc̃. Infert secundo q̃ predicta ars inueniendi medium est sufficiens ac cõueniẽs ad omnẽ philosophiam disciplinam z artem. per philozophiã intelligit aristoteles sciẽtias speculatias. per artem vero scientias factiuas. et per disciplinaz intelligit sciẽtias mozales siue actiuas. ¶ Quĩta conclusio tangit tres regulas quib⁹ prõpti erim⁹ ad quẽlibet sillogismũ. Prima regula ẽ hec. q̃ ad sillogismũ oportet abũdare i cõsequẽtibus añcedẽtib⁹ z extraneis z illa ꝯstituere p tres term⁹os qui sunt mediũ et duo extrema. qz sic maxime sillogizaf propositũ. Secũda regula. aliter cõsiderãdũ est ad sillogizãdũ destructiue. et aliter ad sillogizãdũ cõstructiue. quia destruẽtẽ oportet aspicere ad extraneũz subiecti aut predicati. nõ autẽ construentem. Tertia regula. q̃ aliter cõsiderãdũ est ad sillogizãdũ secũdũ veritatẽ. ideſt demonstratiue. et aliter ad sillogizãdũ scõm opinionẽ. i. thopice z dyaletice. qz ad sillogizãdũ demonstratiue oz capere ꝓpones vas. sed ad sillogizãdũ dya^cc sufficiũt ꝓpões ꝓbabiles. ¶ Sexta ꝺ⁹ remouet quoddã dubiũ. qz dictũ est illã artẽ methodũ esse cõmunẽ ad inueniẽdũ mediũ in qualibet scientia. ideo posset aliquis credere q̃ per istã artem possent sillogizari pricipia scientiarũ. Doc rẽouet dicẽs q̃ pricipia q̃ sũt circa singulas sciẽtias cognoscuntur per experientiã. sic pricipia astronomie q̃ habẽt sensũ mẽoriam

et experientiã. Nã ꝓbi frequẽter ꝺsiderãtes in motib⁹ astroꝝ de nocte apparẽtiã inuenerẽt principia astrologie ex qb⁹ pricipys formauerẽt faciliter rões et demonstratões: et sicut ẽ de astrologia ita simili ẽ de alys sciẽtys. Uerũ eñ ꝫ ista ars nõ sit vtilis ad sillogisãdũ principia: est tñ vtilis ad sillogisãdum t demõstrandũ ex ipis. qz bita cognitione principioꝝ p exigentiã tũc ptinet ad istã artẽ ponere talia ꝓncipia i forma sillogistica t ex his formaꝛ ꝺmõstrationes. Nã si nihil omittatur secundũ hystoriã id est eorum que secũdũ veritatẽ dicta sunt de consequentibus añtibus et extraneis subtiliter et vere poterim⁹ formare sillos de his quoꝝ põt eẽ sillo⁹. cognoscem⁹ etiã facilit quoꝝ non põt eẽ demõstratio aut sillo⁹. Cõsequenter epilogat de oĩb⁹ prius dictis.

Secundo Dubitaꝛ vtrũ ars diuidẽdi sit vtilis ad inueniendũ mediũ sillogismi simplĩ vel demõstratiui. Et vi͡ tur q non qr aristoteles reprobat ãtiquos vtẽtes diuisione ad sillogisandũ. ¶ Pro solutione supponiꝛ q arist. i ꝟ tertio capitulo reprobat quasdã opiniones falsas ãtiq̃ꝝ circa artẽ inueiendi mediũ. Dixerũt enĩ quidã q diuisio esset necessaria t sufficiẽs ad inuẽtionẽ medy sillĩ. eo q vz ad demõstrãdũ diffinitionẽ de diffinito i q̃ demõstratione saluaꝛ potissime rõ sillĩ simplĩ. t ꝓtinet q̃truoꝝ ꝯclusiones. quaꝝ pria ẽ ꝟ. q talis via sillogisandi cõtineꝛ aliquo mõ sub arte inueniendi mediũ prius data. Nã diuisio. i. sillo⁹ diuisiu⁹ ẽ velut ifirm⁹ sillo⁹. id est ẽ sillo⁹ quo ad primũ processũ. sed ẽ infirmus id ẽ idebite dispositiu⁹ quo ad scõm ei⁹ pcessũ sed ꝟ latuit ãtiq̃s vtẽtes via diuisiua ad cõcludẽdũ diffinitionẽ de diffinito q fũt decepti. qz nõ intellexerũt q nõ cõtingit sillo^rc per viam diuisiuã. neq; intellexerunt quomõ contingit sillogisare per artẽ prius datã. ¶ Secunda ꝓ. per sillm̃ diuisiuũ nõ põt ꝯcludi diffinitõ ꝺ diffinito. pz qr null⁹ sillo⁹ capiẽs mediũ ꝯmun⁹ maiori extremitate sillogisat vlem affirmatiuã. sed sillo⁹ diuisiu⁹ ẽ huiusmodi. q̃ non sillogisat vlem affirmatiuã. t per ꝺns non vz ad sillogisandũ diffinitõnẽ q vlr dz sillogisari ꝺ suo diffinito ¶ Scõa rõ ille sillo⁹ ẽ iutilis ad ꝯcludẽdũ diffinitionẽ i q̃ petiꝛ pricipiũ: sed i sillo diuisiuo petiꝛ pricipiũ. q̃ tc. Minoꝝ vtriusq; rõis ꝓbaꝛ duob⁹ exẽplis. ꝓm ẽ oẽ aial ẽ mortale vel immortale: sed ois hõ ẽ aial. q̃ ois hõ est mortalis vel imortalis. sz null⁹ hõ ẽ imortalis q̃ ois hõ ẽ mortalis. in ista ꝯclusiõe ẽ petitõ ꝓncipy qz deberet eã ꝓbare. s. istã null⁹ hõ ẽ immortalis. t tñ assumit eã tanq̃ verã. Jtẽ illud mediũ qꝺ est aial ẽ cõius ꝓdicato ꝯclusiõis qꝺ ẽ mortale t sic ẽ ꝯmun⁹ maiori extremitatẽ. ¶ Scõm exẽplũ. oẽ aial mortale ẽ hñs pedes vel non hñs pedes. sed ois hõ ẽ aial mortale. q̃ ois hõ ẽ hñs pedes vel non hñs pedes. sed nõ est nõ hñs pedes q̃ ẽ hñs pedes. Jn isto exẽplo ẽ petitio pricipy ex parte aꝛ⁹ que ẽ eque dubia sicut cõclusio pricipalis. t accipiꝛ mediuꝫ ꝯmun⁹ maiori extremitate. ¶ Tertia ꝓ. p sillogismũ diuisiuũ nõ cõtingit ꝺmonstrare aliquod alioꝝ predicatoꝝ. puta neq; genus neq; ꝓpriũ neq; accidẽs. Probat vnico exẽplo. ut si quis velit ꝓbare q ꝺyameter ẽ symeter. et arguaꝛ sic. ois longitudo ẽ symeter vl assymeter. sz ꝺyameter ẽ lõgitudo q̃ ꝺyameꝛ ẽ symeꝛ vel assymeter. Jbi ẽ bon⁹ sillo⁹. sed si vlterius subsumaꝛ ista mior ꝺyameꝛ nõ ẽ symeter ifferendo ergo ꝺyameter ẽ assymeter. ibi ẽ petitõ pricipy. qz ista mior subsumpta est eque dubia sicut ꝯclusio pricipalis. ¶ Quarta ꝯclusio. tangit duo cozrelaria. quoꝝ primũ est q per diuisionẽ non ẽ sillogisare affirmatiue vel negatiue ꝓpositum. pz qr per eã non ꝯtingit sufficienter sillogisare diffinitionẽ ꝺ diffinito neq; aliquod alioꝝ predicatoꝝ. ¶ Secundũ cozrelarium. modus diuisiuus non est vtilis ad sillogisandũ diffinitionẽ de diffinito ad quod tamẽ videtur eẽ maxime vtilis. Consequẽter epilogat oĩa determiata in precedentibus capitulis.

Tertio Dubitatur. vtrũ omnis sillogismus ex ypothesi fiat secundum artem prius datam. ¶ Pro responsione ponũtur due difficultates. Prima est. Utrum per idem medium possit ꝯclusio sillogistica per impossibile. sillogisari ostensiue vel econtra. Respondetur per tres suppositiones t vnum dictum. Prima suppositio est hec. Jn sillogismo per impossibile sunt tres processus quoꝝ primus procedit ex opposito contradictorio ꝓpositionis negate a respondente qui vocaꝛ ypothesis cũ vna propõne manifeste vera ad inferendum vnam conclusionẽ manifeste falsam. et illum primum processum vocat aristoteles sillogismum mendacy. Secundus processus procedit a falsitate conclusionis primi

